Laicus iudex an possit priuare iure patronatus & quando de causa usurarij cognoscere possit, 105. col. 2. Legatarij sunt testes idonei in causa testamenti, 103. col. 2. in fine. Legatus si fuerit uni quem Titius fuerit arbitratus, quomodo poterit eligere, 115. col. 1. non longe a princ. Legitimitas naturalium per patrem, 107. col. 2. Legitimitas filiorum a patre fit sine citatione, 114. col. 2. circa medium. Libidinis causa capiens & detinens aliquam personam, &c. 104. col. 2. Litis dubius euentus, 113. col. 2. non longe a princ.

Maleficiorum iudex de civili causa non iudicat, 105. col. 2. Mandator & fideiusores non citati quomodo tenentur, 107. col. 1. Mandatum procuratoris extenditur ratione incidentis ad specialiter sibi non commissum, 106. col. 1. Mandati fines quando iudex delegatus extendere possit, 106. col. 1. Mandatum speciale quando non sit necessarium in his, in quibus alias requiritur, ibi, ead. col. 1. Maritus prius socrum agere de proprietate, loris, 111. col. 1. in fine. Marimonij questio ad iudicem ecclesiasticum principalem pertinet, 105. col. 2. Minor non potest alienare immobilia sine decreto, ibi, f. 106. col. 1. Monasterium minor ingrediens omnia sua bona dicat absque decreto, 106. col. 1. Monitio fit ut quis satisfaciatur, 112. col. 1. post medium.

N

Notoriè pdigo ipso iure interdicitur administratio. 115.col.1.in fine. In notorius uo est opus venire ad iudiciu. ibi.

O

Obligatio ex iuramento non quæritur ubi versatur turpitudine ex parte recipientis. 114.col.1

Occultare se nec pati citationem ad se peruenire. 110.col.2

Ordinarij iudicis ampliatur iurisdicctio ratione incidentiæ. 105.col.1

Ordinata à iudice parte non citata, possunt alia absente retractari. 114.col.1

P

Papa ius alteri quæsitum ex iure naturali non potest tollere. 106.colum.1

Papa potest ferre diffinitiuam, nulla præcedente citatione, & quando. 109.col.2

Papa habet pleniorē potestatem iuris ecclesiastici. 106.col.1

Papa non potest procedere sine citatione. 109.col.2

Papa non potest absolvere à iuramento non subsistente causa. 113.col.1

Parentes, patronus, &c. vide in verb. Veniam.

Partis præsentia aut citatio non necessaria quando. 107.col.1

Patronatus ius vendi non potest. 105.col.1

Personaliter citatus, non est de iure citandus. 110.col.2

Populares actiones, in quibus agitur de iure publico. 112.col.1.in fine.

Possessio translata in alium quomodo tertio præiudicet. 112.col.2

Præiudicium principalis, & eius de quo agitur accessorij. f. 103.col.1

Præiudicium irreparabile. fol. 107.col.1

Præiudicium plenum. 111.col.1

Præiudicium quale quale quæ et in quibus operetur. ibid. ead. col. 1

Prælati in causa sua ecclesiæ potest esse testis. f. 104.col.1

Prælati potest esse index in causa sua ecclesiæ. ibid. ead. col. 1

Princeps solus cognoscit de nullitate sententiæ latæ à suo delegato. 105.col.2

Princeps an possit ferre sententiæ ex plenitudine potestatis suæ absque citatione, f. 110.col.1

Principaliter quid, f. 104.col.2

Princeps gratiam vel privilegium cõcedit in iuris his quibus præiudicatur. 108.col.1

Princeps an potest cognoscere non citata parte. 109.col.2

Principis sententiæ habet vim legis. 112.col.2

Principali sublato, tollitur accessorium. fol. 106.col.2

Privilegium, vide in verb. Gratiam.

Procurator quando interuenire possit in crimine capitali. 104.col.2.in fin.

Procuratoris mandatum, vide in verb. Mā

datum procur. ib. Procurator sine speciali mandato restitutio nē in integrū petere nō potest. 106.col.1 Prodigio interdicitur administratio, illo nō citato. 115.col.1 Prodigus notorius. ib. ead. col. Prodigio administratio lege interdicitur. ibid. iisdem in locis. Publicam utilitatem quæ dicantur concernere. f. 104.col.2

R

Ratificatio parte absente fieri potest. 108.col.2.in princ.

Ratio ferè nulla habetur eorum, quæ secundario solum veniunt, f. 104.col.2

Rationum, vide in verb. Computorum.

Rektor ecclesiæ potest probare consuetudinem per ceteros rectores diocesis, fol. 104.col.1

Reipub. quilibet est procurator in actione populari. 112.col.2

Relaxatio iuramenti, vide in verb. dispensatio.

Res inter alios acta, ceteris non præiudicat. 103.col.1.in princ. quasi.

Romana ecclesia centum annis prescriptione gaudet. 105.col.1

S

Secundario aliquid concedi, quod principaliter non conceditur, f. 104.col.2

Seditiosi pœna ex statuto refertur ad turbam principaliter, non secundario, ibid.

Sententiæ lata pro creditore contra insitutum, substituto nocet etiã nō citato. 103.col.2

Sententiæ in status causa inter aliquos lata nocet omnibus etiã nō uocatis. 111.col.1

Sententiæ lata in re indiuidua, etiam non uocatis præiudicat, f. 111.col.2

Sententiæ quæ ualeat parte non citata, f. 114.col.1

Statutu, q̄n instrumenta garentigiata habeat executionē paratam quomodo intelligenda, f. 106.col.2

Sententiæ lata cõtra principalē, quibus noceat, f. 107.col.1

Sententiæ ex plenitudine potestatis principis. 110.col.1

Sententiæ iuris declaratoria, citatione indiget. 112.col.1

Sententiæ hominis citationē requirit. 104.colum.2

Sententiæ lata contra unum ex procuratoribus. 112.col.2

Sententiæ quo casu ualeat parte non citata. 114.col.2.in fine.

Sententiæ principis facit ius inter omnes. 112.col.2

Sepulchri violati uel ecclesiæ, est popularis actio. 112.col.2.in princ.

Seruitus est res indiuidua. 111.col.2

Seruitus constituta & constituenda differunt. ib. ead. col.2

Societatem contrahens spurius cū herede patris pro portione societatis bona obtinet. 105.col.1

Sodomorum peccata. 109.col.2 Spurius non potest obtinere bona patris. 105.col.1

Status causa. 111.col.1

Statutum puniens seditiosum an intelligatur de seditione principaliter, an uero in consequentiam. f. 104.col.2

Statutum quod sententiæ lata contra unum, possit mandari executioni contra alium, folio. 103.col.1. non longe à principio.

Statutum debet addere iuri cõmuni. 104.colum.2

Statuta loquentia de offenso, quomodo intelligenda. 106.colum.1.in fine.

Substitutus an & quando possit esse testis in causa testamenti, folio. 104.colum.1

T

Tardius recipiens minus recipere videtur. 113.col.2

Taxationis expensarum sententiæ, an requiratur citationem. 111.col.1

Terminus statutus ad aliquid faciendum. 114.col.1.in fine.

Testamenti commodum pertinet ad legatarios secundario, fo. 104.col.1. non longe à princ.

Testis nemo est idoneus in sua causa, et quomodo intelligatur. ibi.

Testis confessus crimen in dispositione, ex ea confessione non punitur. 106.col.2

Testis iurare debet parte præsentē. 107.col.2

Testes deponunt uelint nolint. 108.col.2.in fine.

Testes quando recipi, & iurari possint parte non citata. 115.col.2

Tutor præstat auctoritatem in rem sibi profuturam secundario 104.col.2.in fi.

Tutoris datio per iudicem sine citatione fieri potest. 115.col.2

Tutor dandus per acquisitionem, citationem requirit. ibi. eod. fo.

V

Vendi possunt in consequentiam, quæ principaliter alienari non possunt, 105.col.1

Verba simpliciter prolata, quomodo intelligenda. f. 104.col.2.in princ.

Verba importantia arbitrium boni viri, quid operentur. 109.col.1

Verbi ambigui interpretatio per principem quomodo fieri possit. 110.col.1

Vniuersitatis in causa, singuli possunt esse testes. f. 104.col.1

In qua de commodo singulorum agitur in consequentiam. ibid. ead. col.

Virarum quæstio quando agitari possit coram iudice laico. fo. 105.col.2

Vilitatem publicam concernere quæ dicantur, fo. 104.col.2

INCIPIT DE PRIVILEGIIS PIAE CAUSAE TRACTATUS. PRIVILEGIUM I.

Varij intel lectus c. cū esse. & c. relatiu de testam.



UPEREST nunc, ut veniamus ad nostra duo capita, videlicet cap. cū esses, & ca. relatum, de testam. Sunt enim qui dicunt ea tantum debere intelligi de relictis ad pias causas, & ex his gl. ordinaria in vtroq; loco, & gl. in Summa 2. q. 4. & Goffr. in Summa de testam.

titul. de numero testium. Fulgos. confil. 29. cuius caput est, punctus quæstionis. Paul. Castren. confil. 31. ista institutio libro 2. Alij tradunt per illa capita esse omnino & in omnibus iuri ciuili derogatum, etiam quo ad forum secularem. Cuius opinionis & sententiæ fuerunt Ala. Vinc. Goff. Host. Ant. Pan. col. 2. & col. 4. in d. c. cū esses. & Brix. in dicta Summa 2. q. 4. & Domin. confil. 49. quod ita incipit, super isto puncto, Hostien. in Summa, titul. de testam. §. qualiter conficiatur, & è recentioribus Stephan. Bertran. conf. 23. Christi Saluatoris & c. lib. 3. Alij item quod in terris Imperij, & in iurisdictione seculari sit lex ciuilis seruanda, præterquam in legatis ad pias causas: in quibus ubique est seruanda dispositio d. cap. relatum: in terris verò temporalis iurisdictionis ecclesiæ in vtroque foro ecclesiastico sit obseruandum dictum cap. cū esses, in legatis ad nō pias causas. In qua sententiæ videri uoluit Ioan. Ana. in d. c. cū esses. vbi & hoc dicit consuetudine obseruari, & ibi expressius Ioan. de Fan. Ioan. Cald. Pet. Peru. And. Card. Flor. Imol. qui hanc dicit esse communem opinionem Petr. Perus. confil. 117. Fed. Senen. conf. 217. factum est tale, Quidam nomine P. Socin. confil. 235. visa contingentiæ, col. 2. in fi. vbi etiam dicit hanc esse communem opinionem Corn. qui & hoc dicit confil. 168. in præsentē, col. 3. vers. tamen communis lectura, libr. 2. confil. 297. videtur quod dicta fraternitas, col. 3. vers. tamen his, lib. 4. vbi dicit hanc esse communem lectionem. Alij quoq; generalius, ut in foro ciuili feruetur lex ciuilis, in canonico c. cū esses, in vtroq; dictum c. relatum, in relictis ad pias causas. Quæ fuit sententiæ Imol. in d. c. relatum. & ita pronuntiasse Innoc. 1111. in publico consistorio, scribit Bal. conf. 284. dominus Rainutius, lib. 3. Alij rursum, quod semper in relictis ad pias causas sufficiant duo testes, per dictum c. relatum: in alijs verò requiratur & parochianus ultra duos testes, per dictum c. cū esses, vbi hoc uoluit Panor. in fi. lect. & in repet. col. 5. cum sequen. & ibi Ioan. Ana. post antiquiores: & Specu. tit. de instrum. edit. §. compendiosè, ver. item per ius canonicum, & Cardin. Floren. confil. 73. puto de iure, col. 1. Alex. confil. 105. viso & diligenter considerato, col. 4. ver. imò fortius, li. 4. Barb. conf. 87. col. 4. lib. 4. Corn. confil. 261. de duobus principaliter, colum. vlt. lib. 4. Alij denique in alia sunt sententiæ, ut per Dominic. conf. 49. super isto puncto, Ioan. Cal. conf. 8. tit. de testam. & Rom. in repe. Auth. similiter, in 3. & 4. specialis, inter ultimas uoluntates, C. ad leg. Falci. & Corn. confil. 77. licet autem, lib. 1. & confil. 137. placet mihi, lib. 2. & Philip. Dec. conf. 284. uiso puncto, in 2. dubio. Non tamen mihi est animus omnium omnia adducere: satis est, quantum ad hunc locum pertinet, quod omnes in hoc conueniunt, quod in relictis ad pias causas ubiq; sufficiant duo testes, iuxta dictum c. relatum,

In iurisdictione seculari, lex ciuilis est seruanda.

Dispositio c. relatum, seruanda est ubique in legatis ad pias causas.

Ac c. cū esse, in legatis ad non pias causas.

Aligene valius distinguunt. Alij aliter.

Alij rursus aliter.

In relictis ad pias causas duo sufficiunt testes, tam iure ciuili, quam canonico.

Quod primum priuilegium erit ut duo sufficiant testes eorum, quæ hic commemoranda & enumeranda putauimus: communemq; illam sententiæ, præter illos quos supra citauimus, receperunt Bart. qui & hoc dicit procedere de iure ciuili. Bal. Ioan. Fab. Sal. Fulgo. Paul. Cast. Franc. Aret. & alii in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & Bal. conf. 167. thema proponitur in fi. lib. 2. & conf. 20. super primo puncto, in princip. lib. 5. & in l. hæreditas, col. 2. in duobus locis, D. de petit. hæredit. Saly. in l. generali, C. de sacrosan. eccle. Rapha. Cuma. qui & id uoluisse uidetur procedere de iure ciuili, conf. 169. uiso testamento, colum. 1. Alex. confil. 41. uiso tenore, colum. 2. lib. penul. & dicto conf. 105. uiso ac diligenter considerato, colum. 4. lib. 4. Corn. confil. 77. licet autem, colum. 1. uerfic. tamen prædictis, lib. penul. & confil. 261. in hac consultatione, col. 2. eodem lib. & confil. 137. placet mihi, & conf. 166. mihi nimè dubium, in prin. lib. 3. & omnibus locis infra allegatis, & pleriq; omnes ubiq;

In pias causas duo sufficiunt testes. Etiam iure ciuili.

PRIVILEGIUM II.

Testamentum immediatè, sine alicuius alterius institutione, ad pias causas factum coram duobus testibus deponentibus, infirmat prius testamentum solenniter coram septem testibus peractum.

Secundum erit priuilegium, ut primum testamentum factum coram septem testibus, tollatur per secundum factum ad pias causas, coram duobus: & ita consuluit Paul. Castren. conf. 262. dubium facit in supra scripto puncto, libr. 3. & sequitur Alexan. in l. hac consultissima. §. si quis autem, col. vlt. C. de testam. per l. 2. D. de iniusto testam. & conf. 46. viso themate, in fin. lib. 2. & confil. 106. uiso & diligenter considerato, colum. 2. uerf. quod adduco, lib. 4. & Barba. conf. 43. col. 4. lib. 3. & Ias. in l. si ita sit scriptum, col. 5. uerf. nota diligenter. D. de leg. 1. et Phil. Deci. in l. nihil tam naturale. D. reg. iur.

Testamentum solenne tollitur per minus solenne.

Hoc autem intellige, ut uidelicet sufficiant duo testes deponentes de testamento ad pias causas, licet non sint inscripti in eo testamento. Neque enim hoc casu duo testes requiruntur ad solennitatem testamenti: sed solum ad probationem, ut dicit Bal. in dicto l. 1. in repet. colum. 1. uerficul. super prima quæstione, C. de sacrosanct. eccles. ut probatur in dicto cap. relatum, quod omnino fundatur in dispositione iuris gentium, uel diuini: cuius statutum est, in ore duorum uel trium stare omne uerbum, ut scribitur Deuteron. 17. et alibi sæpe repetitur, tanquam huiusmodi testamentum ad pias causas non exigat solennitates iuris positiui, sed omnino reguletur (ut nostri loquuntur) secundum

Duo testes deponentes de testamento ad pias causas sufficiunt. Statuto diuino in ore duorum uel trium stare omne uerbum.

PRIVILEGIUM III.

Rogatio testium non est de substantia testamenti ad pias causas: nam in eo solum iuris gentium vel diuini ratio habetur.

Tertio igitur loco, ex his quæ diximus satis constat, non esse necesse testes adscriptos in testamento ad pias causas esse rogatos, cum ea solennitas sit iuris merè positui, non iuris gentium, aut diuini. Ita expressè voluit Ioa. And. in c. relatu. de testam. & in addit. Spec. tit. de instr. edit. §. compendiosè. vers. itè per ius canonicum. Bar. in repet. l. i. col. antepen. in fin. & ibi etiam Bal. primum in lectu. paulò ante finem: deinde & in repet. col. 14. uers. super quarto puncto. C. de sacros. eccl. Bal. consil. 152. super primo puncto, lib. 4. & cõsi. 26. super primo puncto, post prin. lib. 5. & consil. 230. testam. de quo quæritur, li. 5. ubi tamè subdubitat Ant. Imo. Pa. & Card. in d. c. relatum, post prin. & in c. cum effes. de test. & Pau. Cast. consil. 26. certu est qd dominus, ad fil. i. & consil. 85. uisa dicti facti narratione, eo. li. & consil. 326. dubiu facit in supra scripto puncto, eo. li. & consil. 416. uisus & examinatis, col. 2. eo. lib. & consil. 25. super eo quod quæritur, li. 2. Corn. in auth. quod sine, col. ult. eo. tit. & consil. 268. cõsultuit dominus, col. pen. uer. item placet. li. 1. & consil. 148. uisus nonnullis, col. 2. lib. 2. & consil. 215. uidetur prima facie, col. ult. lib. 2. & cõsi. 118. in hac consultatione, col. pe. eo. lib. 3. & consil. 367. uidetur prima facie, col. 4. uers. & per consequens patet, eo. lib. 3. & consil. 259. dicta dispositio, col. 3. uer. nec etiam obstat, lib. 4. & uidetur uoluisse Alex. cõsi. 70. uiso cõs. col. ult. lib. 2. & consil. 4. attentis narratis, col. 2. uers. prætermisissis, lib. 7. & cõsi. 131. super themate, post prin. eo. lib. ubi dicit hanc esse communem opi. & Soc. in dicta regula 310. in 32. priuilegio. & Barbat. consil. 42. clemètissimum Deum, col. 5. lib. 4. & consil. 87. prope est dominus, col. 5. & iterum col. ult. eod. lib. 4. & Stepha. Bertran. consil. 94. relictis, in prin. lib. 2.

Contrarium tamen tenuit Franc. Aret. antiquior in quodam suo consilio, sicuti illum retulerunt Anto. & Pan. in d. c. relatum. & idem quoque tenuit Lopus, alle. 30. ubi dicit ita de facto Bald. consultiuissè, & Paul. Cast. sibi contrarius, consil. 101. ad primum quæsitu uidetur respondendum, in quarto dubio, lib. 2. & Ro. in repet. d. auth. similiter, in 2. specialitate ultimarum uoluntatum, & Corne. sibi contrarius, cõsi. 308. pro decisione præsentis, col. 3. uers. hæc quidem sunt sanè uersimilia. iunctis his quæ prius scripserat lib. 3. & Ludo. Bolo. in addit. consil. 10. Ana. consil. 28. uisus & accuratè attentis, col. 4. Mouentur primò, quia non inuenitur correctum ius ciuile. Secundò per tex. in d. c. relatum, in illis uerbis tribus, aut duobus legitimis testibus requisitis. Quæ uerba idè significat, qd testib. rogatis. Nihil enim aliud est rogare testes, quàm eos requirere, ut adsint acui, per tex. in auth. de testib. §. & licet. in illis uerbis, dum ad hoc ipsum adsumantur testes: iunctis uerbis, hæc enim inania, & ex transitu prohibita testimonia, & iuncta auth. rogati. C. eod. tit. Et propterea adhibiti testes in testamento (quod nihil prorsus aliud est, quàm requisiti) sufficiunt, Instit. de testa. §. ult. iuncta. l. hæc des palam. §. pen. ff. eod. & l. hac consultiuissima. in princ. C. eo. cum si. & ad idem est tex. iuncta glo. in l. nullum. ff. de diuor. & glo. in l. scripturas, ubi Bald. C. qui potio. in pigno. hab. exponit testib. adhibitis, id est, rogatis.

Item licet milites possint quibuslibet modis testari, seruato duntaxat iure gentium, l. 1. D. de testam. milit. cum ibi nota. debent tamen testes in eorum testamento esse

Testes rogati ad pias causas non sunt necessarii.

Contraria opinionis auctores.

Eorumdè rationes. Requisiti testes.

Milites quibuslibet modis testantur, seruato tamen iure gentium. Modò testes sint rogati.

Idè in contractibus seruatur.

In testamento inter liberos nõ opus est interuenire testium.

Sciens non iniget probatione.

Quod de duobus testibus dictum est, procedit, si imò hiat sit pias causas relictis.

Ita ut ipso testamento, pia causa instituitur & non alius.

Contrariu sententes.

Confirmatio contra uis sententia.

PRIVILEGIUM IIII.

In pijs causis sola subscriptio manu testatoris, line testibus facta, vim testamenti obtinet.

Quartò accedit proximè ad ea quæ dicta sunt in præcedentibus, quòd testamentum manu testatoris scriptum, sine testibus, ad pias causas ualeat: ut expressè uoluit Imol. in l. si is qui. D. de testam. & sequitur Corne. dicto consil. 306. col. 4. uers. & licet sint contestes, lib. 3. Nam etiam (inquiunt) hoc sufficit in testamento inter liberos, per auth. si modo. C. famil. ercisc. quæ solum requirit subscriptionem manu testatoris, quæ quidem non plus operatur, quàm tota scriptio ipsius testamenti, argumen. authen. quod sine. C. de testamen. & §. nos quidem. cum sequen. in auth. de tabul. Et hoc quoque probatur, ut dicunt in dicta l. ulti. C. famil. erciscun. quæ statuit uoluntatem inter liberos posse probari quibuscunque indicijs, quod idem affirmat Balin d. auth. quod sine.

Testamentum sine testibus ad pias causas ualeat. Item in testamento inter liberos.

PRIVILEGIUM V.

In pijs causis solum ius naturale confideratur: & ob id mulieres nõ minus in testamento ad pias causas, quàm inter liberos testes habentur idoneæ.

Quintò ex præcedentibus quoque proficiscitur, ut etiam mulieres sint testes idoneæ in testamento ad pias causas: cum iure naturali mulieres non reperiantur prohibita, sed solum de iure ciuili, ut ex eo patet, quòd in testamento inter liberos possunt esse testes, ut not. glo. in auth. quod sine, & ibi Bald. & alij, C. de testa. & gloss. in §. quod & sæpe. in auth. de trien. & femif. & l. ult. C. famil. ercisc. & Bar. & alij, in d. §. ex imperfecto. Imol. in leg. qui testamento. §. mulier. D. de testam. Franc. Are. & Fel. in ca. quoniam, de testib. Et ita etiam in testamento ad pias causas uoluit Bal. in d. l. 1. ad fin. in lect. & etiam in repetit. col. 14. uers. ostensio de principalibus personis. C. de sacros. eccl. & consil. 230. testam. de quo quæritur, eodem lib. 5. ubi tamen dicit esse dubium. Ange. consil. 233. in causa prædicta, col. 1. Pet. Anc. in d. cap. cum effes, in quarto nota. & ibi etiam Imo. & Panor. col. 1. & iterum vlt. de testa. & idè Pano. in d. c. relatum. col. 1. de test. Pau. Cast. cõsi. 327. dubiu facit in supra scripto lib. 1. Barb. consil. 87. prope est dominus, col. vlt. & seq. lib. 2. Alex. consil. 105. uiso ac diligenter. col. 4. uers. secundò respondèd, lib. 4. Cor. cõsi. 261. in hac consultatione, col. 1. lib. 1. & consil. 168. in præsentis, col. 3. lib. 3. & consil. 215. uidetur prima facie, col. 3. lib. 2. & idem Alex. consil. 177. uiso themate. col. 2. uers. & licet dominus. lib. 2. Soc. in dicto tractatu fallent. reg. 310. in 36. priuilegio, & Lanfran. Oria. in repet. c. quoniam contra falsam. in uerbo, testes. uers. sic. & primò quæritur. ibi, inter liberos. de probat. & nouissimè Iaf. in l. hac consultiuissima. in prin. colum. vlt. C. de testam. Philip. Dec. & Fely. in d. c. quoniam de testib. & idem Decius in l. femina. D. de regul. iur.

Mulieres testes idoneæ in pijs causis. Item in testamento inter liberos.

Contrarium tamen tenuit Specul. tit. de testam. §. 1. uers. item quod est melius. Federic. Senen. consil. 217. factum est tale, quidam nomine P. in fin. per iura uulga. disponentia mulierem non esse testem idoneam in testamento. & post illum Roma. in dicta authen. similiter, in 16. speciali, circa ultimas uoluntates. C. ad l. Fal-

Contrariu tenentes. Mulier nõ est idonea testis in testamento.

to esse rogati, per l. diuus, eodem titu. quem ibi ad hoc nor. & dicit singul. Ange. est tamen similis in §. 1. Insti. eod. titu.

Sed Corne. in locis supra allegatis, has obiectiones facillè dissoluit. Nam quod ad primam pertinet, ex quo d. c. relatum, dicit expressè causam testamentorum ad pias causas non esse tractandam secundum leges, sed omnino esse sequendum ius gentium, siue diuinum, ut supra sæpius diximus: satis in hoc uidetur esse correctum ius ciuile. Ad illa autem uerba, testibus requisitis, respondet Corn. multis modis. Primum, quia text. ille non loquitur de testibus requisitis, ut interessent testamento: & illa uerba referuntur ad præcedens uerbum, tractetur, quod quidem refertur ad iudices, & est uerbum futuri temporis, & tamen testamentum erat factum de præterito: & qualitas adiecta uerbo, intelligitur secundum tempus uerbi, l. in delictis, §. si extraneus. de noxa. actio. l. ex facto, & ibi Bar. D. de vulg. & pupil. l. Lucius. ff. de mili. testa. Et ideo loquitur de testibus, qui requiruntur tempore iudicij, scilicet ad probandum testamentum. Sed & quod non intelligatur, requisitis, id est rogatis, prout leges uolunt testes esse rogatos in testamento, ex eo facillè apparet, quòd ille textus non solum loquitur in testamento, sed & in alijs ultimis uoluntatibus: quia generaliter loquitur de relictis ecclesiæ, non se restringens ad testamentum. Constat autem quòd in relictis etiam non pijs causis, non requiritur generaliter, ut testes sint rogati, per l. vlti. §. in omnium. C. de codicil. Et absurdum esset dicere, quòd maior solennitas requiratur in relictis pijs causis, quàm alijs: & omnino contra mentem dicti c. relatum. Nam sine ministerio auth. de testib. §. licet, dicit ille text. respiciens non ad solennitatem, sed ad probationem, requisitis testibus: quia etiam debent testes requiri, ut deponant: non autem se ingerere: aliàs suspicionem non carerent, per l. quæ omnia. ubi Angel. nota. ff. de procur. & nota. etiam gloss. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleric. Iacob. Bella. in authen. de testibus. §. si uerò ignoti. & Barto. in l. post legatum. §. si uerò. D. de his quibus ut indig. & ita etiam intelligit illa uerba, requisitis testibus, Imo. in dicto cap. relatum. & Barb. dicto consil. 87. colum. vlt. lib. 4. ad dictam l. diuus. respondet post Bal. in auth. quod sine. C. de testam. quòd testes ideo debent esse rogati in testamento militum, ut ex eo possit certè diiudicari militem proferendo uerba, quæ sonant in testamento, ea deliberatè, & seriò, animoq; testandi, non ioco, non perfunctoriè protulisse, ut sæpe solent aliàs: sicuti & alibi huiusmodi rogatio ponderatur in l. Pamphilo. §. propositum. D. de lega. 3. Et ita satis exprime uidetur tex. in dicta l. diuus. ibi, ut prius contare debeat factum esse, & in illis uerbis, alioquin & c. Ex quibus clarè apparet rogationem non esse requisitam ad solennitatem testamenti militis, quin uidelicet ualeat sine illa, quoquo pacto possit constare testamentum fuisse factum. Sicuti in simili dicimus in testamento parentum inter liberos, in quo non requiritur rogatio testium, ut uoluit gloss. in l. vlt. ad fi. C. de codic. Bald. Salic. & Fulgo. in dicta authen. quod sine. C. de testamen. Ange. Paul. Cast. & recentiores in dicto §. ex imperfecto. Ang. in auth. de testa. imperf. in prin. Nam ut dicit Bald. in dicta auth. quod sine, in parentibus erga liberos præsumitur deliberatio, argu. l. nec in ea. ad legem Iuliam de adulter. quia naturalis stimulus urget patrem ad cogitandum de liberis. l. amicisimos. §. vlt. de excus. tut. At in testamento militis, in quo huiusmodi deliberatio non præsumitur, si obijceretur militem ipsum non protulisse uerba sonantia in testamento, ac non deliberatè protulisse, necesse esset ad probandum animum, adferre rogatum testimonium, & alia quæ id arguerent.

In pijs causis maximi est momentum ius gentium siue diuinum.

Qualitas adiecta uerbo testibus legitur secundum tempus uerbi.

In relictis non pijs nõ requiritur generaliter testium rogatio. Absurdum. Testes seriò gerentes suspicionem nõ carent.

Ratio, cur testes debeant esse rogati in testamento militis. Rogatio nõ est de solennitate testamenti militis.

Nec testamenti inter liberos. In parentibus erga liberos præsumitur deliberatio.

ci. motus per tex. in d. c. relatum. in verbo, testibus legitimis, & alijs quibusdam leuibus rationibus, quibus satis responsum est ex his, quæ supra diximus, ne iterum repetamus. Subdit tamen in fine, quod licet hæc opinio sit verior: tamen præcedens fortè in practica serua retur, quia communis est, & hanc simpliciter refert, quasi sequatur Barbat. sibi contrarius cõli. 108. clemētissimi Dei patris, col. pen. in prin. lib. 1. & cõli. 3. difficile. col. 8. lib. 3. & non obscurè in d. cap. relatum. & in cõli. 58. clemētissimi Dei, col. antepe. & Soc. qui dabitat, cõli. 92. in causa domini Antonij, col. 2. uerū. qui nimò disputatur, lib. 3. Sed & hanc partem sequitur in-trepidè, & conitanter Bened. Cap. cõsil. 75. & facit in hanc partem, quod scribit Bal. cõsi. 264. ad euidentiã. in si. quod sufficiunt duo testes in legato ad pias causas, modò sint omni exceptione maiores. At mulieres non sunt eiusmodi secundum Alex. cõsi. 70. uiso cõsil. col. 5. uerū. bene facit, lib. 2. & Capola cõsi. 32. quidam rusticus, col. 2. uerū. primò fuerunt. Dec. in l. fœnina. col. 5. in 16. casu. uerū. & casu quo. D. de regul. iur.

Requiruntur duo testes in legato ad pias causas omni exceptione maior.

PRIVILEGIUM VI.

In pijs causis ualet testamentum non lectum coram testibus, uiuente testatore, nec in publicam formam redactum: nisi primò causas testator exprefferit, de inde & aliud ad pias causas minus solenne fecerit.

Mortuo testatore ante lectum coram testibus, nihil uulturum est. Nisi ad pias causas testatus sit. Idem in testamento inter liberos.

Extò, ex eodem fonte manat, quod licet aliàs non ualeat testamentum à tabellione, aut ab ipso testatore conscriptum, si antè decedat testator, quàm fuerit lectum coram testibus, & in publicam formam redactum, per tex. nota. in l. fideicommissa. §. quoties. & in glo. Bar. & alij, D. de legatis 3. Fallit tamen in testamento ad pias causas, in quo id necessarium non requiritur, ut uoluit Dyn. in l. Lucius 2. D. de milit. testã. per illum text. loquentem in testamento militis, quem & ipse Dyn. tradit ad testamentum ad pias causas, & Ro. qui hoc reputat sing. in dicta auth. similiter, in 13. speciali circa ultimas voluntates. Imo. in d. l. fideicommissa. & ibi quoque Alex. in addit. Bar. & idem Imo. cõsi. 75. uisa dicti facti, lib. 1. & d. cap. cum effes. de testa. Paul. Cast. cõsi. 25. super eo quod quæritur, li. 2. Corn. cõsi. 53. pro decisione. col. 3. lib. 1. & cõsi. 118. in hac consultatione, col. 3. uerū. nec obstat dictum, lib. 3. ubi & idem concludit esse in testamento inter liberos, ad hoc multum allegans cõsi. 307. prima facie, in prin. In noc. in his, quæ dicit, col. 7. uerū. nec obstat adducta in contrarium, lib. 3. & Soc. d. regu. 300. in 34. priuileg. Barb. latè cõsi. 42. fecisset testamentum ad pias causas, & Alex. cõsi. 4. attentis narratis, col. 3. & 4. lib. 7. & Iaf. in l. hac consulti ssima. §. ex imperfecto. col. 2. C. de testam. Et hoc quidem confirmatur: quia nec in testamento inter liberos ea solennitas requiritur, secundum Barto. in d. l. fideicommissa. §. quoties. & Imo. in leg. si is qui. D. de testam. & Corn. ubi supra, quicquid senserit gl. in d. l. si is qui.

Restrictio præcedens.

Hoc intellige procedere, nisi primò testator causas exprefferit, deinde fecisset aliud ad pias causas, quod tamen non fuit lectum coram testibus, & in publicam formam redactum. Certè hoc postremum testamentum nullius erit roboris: nec ex eo censetur primum reuocatum. Ita consuluit Old. cõsi. 119. Titius condidit testamentum, per text. in §. sed hoc præfenti, in fin.

in auth. de sanct. episc. & alia quæ ipse allegat, quem sequitur Ioan. Anan. in addit. Spe. titu. de instrum. edit. §. compendiosè. uerū. & quid sæpius. in addit. colum. pen. & Pet. Anch. in dicto cap. cum ellès. de testam. & Barbat. dicto cõsi. 42. col. 7. uerū. nec obstat allegata, & col. seq. lib. 4.

PRIVILEGIUM VII.

Testamentum imperfectum, totius voluntatis imperfectione, quatum ad ea, quæ pias causas concernunt, ualere interpretandum est.

Septimò, hinc quoque efficitur, quod præcedenti est finitimum, ut ualeat testamentum imperfectum imperfectione voluntatis, fauore piæ causæ, ut uidetur uoluisse Barto. in leg. in testamento, per illum text. ff. de fideicommiss. libert. ubi ita dicit se dixisse in quaestione facti, & expresse Bald. in leg. in iure. C. de manumiss. testamen. Petrus Anch. in cõsi. 337. de efficacia, Imol. in l. si is qui. D. de testamen. & in capitulo 2. eodè titu. Ioan. Ana. consilio 57. uisus & consideratis. Panor. mit. in cap. penult. colum. 2. de success. ab intesta. Paul. Castrenf. cõsil. 456. uisus & examinatis attestacionibus. libro primo, Angel. Aret. in §. ex eo. in fin. Institur. quibus modis testamen. in iur. Alexan. in dicta leg. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. & in leg. si certis annis. C. de pact. & consilio 108. uiso ac diligenter cõsiderato. colum. 2. uerū. cõfirmantur etiam prædicta. libro quarto. & Socin. dicta regu. 300. in 38. priuilegio. & Barbat. dicto consilio 42. colum. 4. libro 4. & in repet. l. cum acutissimi. colum. 39. C. de fideicommiss. ubi hoc singul. reputat, & Calca. consilio 13. pro parte negatiua. col. 3. uerū. cõsilio 12. Sicuti etiam ualet testamentum imperfectum, non solum ex defectu solennitatis, de qua loquuti sumus in præcedenti capite inter liberos, per text. in d. l. hac consulti ssima. §. ex imperfecto. C. de testamen. sed etiam ex defectu uoluntatis, de quo nunc loquimur per text. in l. ultim. C. fam. ercif. per quem ita Roman. in dicta auth. similiter, Panormit. in dicto cap. penult. de success. ab intesta. & latè Barba. cõsi. 58. omnipotentem. colum. 5. uerū. quiniquò plus uidetur, lib. 4. Angel. in repe. l. si certis annis. in ulti. char. C. de pact. Bald. in l. ex ea. de testam.

Testamentum imperfectum in pijs causis habet effectum.

Quod non solum prodest ex defectu solennitatis, sed etiam uoluntatis.

Contrariæ opinionis auctores.

Testamentum inter liberos imperfectum uoluntatis imperfectione nullius est nullum. Pias causas minus fauetur quàm liberos.

Contrarium tamen tenuit Bald. in repet. l. 1. colum. penult. in 6. quaestio. C. de sacrosanct. eccles. Angel. in dicta l. si is qui. C. de testamen. Petrus Anchar. in capitulo 2. de testamen. & Panormit. sibi contrarius, consilio 105. casus in facto sic proponitur, lib. 2. & Paul. Castr. etiam sibi contrarius consil. 101. ad primum quaesitum uidetur respondendum, in tertio dubio, lib. 2. & cõsi. 449. uisa dicta facti narratione, libro 1. Rapha. Fulg. cõsi. 117. Ioannes quondam. colum. penult. Flor. in l. cum de in rem uerso. colum. 2. D. de usur. Imol. cõsi. 91. in causa quæ uertitur, in princip. 2. dub. libro 2. & Roman. in d. auth. similiter. in 18. speciali. circa ultimas voluntates. motus primò, quia testamentum inter liberos imperfectum imperfectione uoluntatis est nullum, ut uoluit gl. ordin. in dicta l. si is qui. & ibi Bartol. & alij, D. de testamen. & in l. ultim. in uerbo, impletum. & ibi etiam Guli. Cun. Bartol. & Bald. C. fam. ercif. Bartol. Albe. Angel. Cornel. & recentiores in dicto §. ex imperfecto. Bald. consilio 296. licet regulariter in testamento, libro 5. Anton. in capitulo 1. de success. ab intesta. Panor. d. cõsi. 305. Ange. Aret. §. ex eo autè. Inst. quib. mod. test. in fir. Phil. Cor. cõsi. 308. pro decisione col. 3.

columna tertia uersiculo hæc quidem sunt, libro tertio. Ergò multo magis testamentum factum piæ causæ, cui minus fauetur, quàm liberis, ut not. in capitulo quicunque 17. quaest. 6. cum concor. Subdit tamen Rom. quod licet D. hoc communiter teneant, ut testamentum imperfectum ratione uoluntatis inter liberos non ualeat: id tamen uidetur esse contra casum d. leg. vlti. C. fam. ercif. in illis uerb. siue ceptum, neque impletum sit testamentum, de sancti dispositio custodiatur &c. Ideò nihil moratus alias rationes adducit, uidelicet quod regulariter non ualet testamentum imperfectum ratione uoluntatis, leg. furiosum. C. qui test. fac. pos. & dicta leg. si is, qui, & leg. ex ea scriptura. D. de test. nec hic casus exceptus reperitur. Item uidetur, inquit, casus expressus in leg. si iure. C. de manu. testa. ubi non iure factum testamentum, non competit libertas, nec distinguitur, an sit non iure factum ex defectu solennitatis, an ex defectu uoluntatis, ergo indistinctè intelligendas est leg. de pretio. D. de publ. in rem act. cum simi. Adde & tu ad confirmationem huius rationis, quod dictus textus non potest intelligi de testamento non iure factum, ex defectu solennitatis, per ea quæ supra diximus in præcedentibus. Ergo necessario debent intelligi de defectu uoluntatis, alioquin esset superuacaneus, & uide Pet. An. consilio 337. de efficacia. Deinde subiunxit Ro. non obstat d. l. in testamento. D. de fideic. liber. cui omnino innititur Bar. quia si etiam ille text. intelligitur de imperfectione uoluntatis, tamen non necessario obligat heredem, ut patet ex illis uerbis: pios tamen filios debuisse manumittere, &c. Ex quib. constat, quod huiusmodi legatum piæ non est debitum iure efficacis rationis, sed cuiusdam pietatis: ut uidelicet heres maxime filius adimpleat, quod pater disposuit in fauorem piæ causæ. Quæ res obligationem efficacem non producit, ut patet ex l. cum is, §. mulier. de cond. in deb. ubi licet pietas excludat repetitionem eius, quod pro dote indebitè solutum est, non tamen obligat eam, quæ pro dote alterius erranter indebitè soluit, ad dorem ipsam exoluendam. & text. in authent. de hæred. & Fulcid. §. si uerò expressum, ubi dicitur, quod piæ facit heres institutus adiens hereditatem, & tamen ea ipsa pietas non obligat inuitum ad adendum, leg. licet. cum si milib. C. de rep. h. eredit. & postremò ex text. in leg. penultim. §. illo, C. de necessit. seru. h. eredit. instit. ubi legatum factum seruo proprio sine libertate, non obligat heredem: impiè tamen facit heres, qui illud soluere renuit. Et ita ante Romanum uidetur intellexisse dictam leg. in testamento, ut uidelicet non sit necessitatis, sed cuiusdam æquitatis, & satisfactionis, Bald. (cuius Rom. non meminit) in leg. cum quis, columna quarta, uersiculo dices tu, nonne est, C. de iuris & facti. g. a. & Pan. d. cõsi. 105. lib. 2.

Cum lex nos distinguit indistinctè intelligendū est.

Pietas excludit repetitionem indebiti. Non tamen soluit obligationem.

Autor confirmat priorem opinionem.

Restrictio prioris opinionis.

Tu tamen tene priorem opinionem, quæ communior est, per textum in dicta leg. in testamento, qui est ad hoc expressus, ut qui utitur uerb. debuisse, quod est præcisè necessitatis, ut not. in leg. sepe. D. de offic. præsid. & text. in capitulo vlti. ibi, non solum possunt, sed debent. de senten. excom. cum similibus, & ita omnes illi text. ut uidelicet sit necessitatis, intelligit, quotquot illum, siue ad hoc propositum, siue ad aliud allegant. Nec hinc obstat quod dictum est, non quicquid est pietatis, continè esse necessitatis. Neque enim propterea sequitur, non esse necessitatis, quicquid pietatis est. Nec animaduertit Rom. se sibi dissidere, cum in 13. speciali id adfirmant tenuisset, quod diximus in præcedenti uersiculo, quod omnino repugnet huic quod nunc tenuit.

Sunt tamen qui hoc intelligunt procedere, si est imperfectio uoluntatis, respectu totius testamenti: secus est, si uoluntas est imperfecta, respectu dispositionis de

qua agitur, ut pulchrè declarat Panor. in dicto cap. pen. de success. ab intesta. Philippus Decius qui hoc nota. reputat in capitulo 1. colum. 5. de fide instrum. Sed & tu intellige, ut ualeat quantum ad ea quæ concernunt pias causas. Nam in cæteris legitimum ualebit, etiam si pia causa fuerit instituta, ut latè tenuit Iason in leg. hac consulti ssima. §. ex imperfecto. colum. 3. uerū. pro intelligentia. C. de testamen. contra Salyc. in authen. cassa. columna 4. & 9. C. de sacrosanct. eccles. & Anto. in cap. quidam clericus, colum. antepen. de foro co. n. peten. & Alex. cõsi. 61. uiso tenore allegati, col. 3. uerū. aduerte tamen, lib. 1. & cõsi. 105. uiso ac diligenter considerato, col. 5. uerū. cæterum testamenta, & iterum col. ult. li. 4. tu illum omnino uide, & quod diximus supra in primo priuilegio.

Rursus alia. Legatum nullum est pia causa instituta.

PRIVILEGIUM VIII.

In pijs causis nutu & signis factum testamentum ualet nisi testator excommunicatus, uel in bello illicito decesserit, uel cæcus testetur.

Octauò non admodum dissimile est, quod licet aliàs non ualeat testamentum nutu factum leg. iubemus, & ibi glo. & Doto. C. de testam. ualet tamen ad pias causas ut uoluit gloss. in capitulo cum tibi, de testamen. quam sequuntur Doto. ibi, & Bal. in l. 1. col. 2. in lectu. ubi eam gloss. dicit singul. & in repet. colum. antepen. uerū. super quinto, & ibi Franc. Areti. colum. vlti. C. de sacrosan. eccle. & Bald. in leg. si post diuisionem, post medium, C. de iuris & facti. ign. & in l. discretis, C. qui testamen. fac. poss. & in l. 2. & ibi quoque Imol. D. de testamen. & consilio 174. quidam dominus Rambaldus, libro 3. Petrus Anch. & Imol. in capitulo 2. de testamen. Imol. in l. captatorias, uersiculo sed iuxta prædicta, D. de hered. instituen. Angel. Alex. Corn. & Iason in dicta leg. iubemus. C. de testamen. Angel. in l. in fraudem, §. 1. D. de milita. testam. Calde. cõsil. 4. titulo de testamen. Barba. qui illam gloss. dicit singul. cõsi. 43. illud in medium referam, colum. 5. & sequent. lib. 3. Franc. Areti. in l. 1. colum. 7. uerū. tertio confirmatur, D. de testamen. Iason in l. licet inter priuatos, colum. 1. uersiculo tertio confirmo, C. de pact. & in authent. si qua mulier, colum. 2. C. de sacrosanct. eccles. et in l. si cui legetur, §. hoc autem, colum. vlti. D. de legat. 1. Fely. in cap. in præsentia, colum. 22. de proba. Ludo. Bolo. cõsil. 53. uenerandus dominus, colum. ultim. Steph. Bertran. consilio 101. licet testamentum, lib. 1.

Testamentum nutu factum non ualet. Secus in pijs causis.

Contrarium tamen uidetur uoluisse Bald. sibi contrarius, & Paulus Castr. in l. & in epistola. C. de fideicommiss. tanquam hoc iure expressum non reperiatur, & Angelus etiam sibi contrarius in quibusdam lectis in dicta l. iubemus, & Barbat. sibi contrarius consilio 92. præclare scribitur, columna 7. libro 2. & in hanc partem consuluit Anton. de Prato, cuius consilio subscripsit omnes Perusini, ut refert Franciscus Curt. in aditio. Alexand. in dicta leg. iubemus, & pro hac parte facit, quod non ualet testamentum militis nutu factum, nec testamentum inter liberos, ut de primo est gloss. quam plerique omnes sequuntur, in dicta leg. in fraudem, §. 1. in uerbo, nada, D. de milit. testamen. Secundum autem de testamento inter liberos tenuit Bald. Angel. Fulgo. Paul. Castrenf. & recentiores in dicta leg. iubemus. Bal. & Paul. Castrenf. in dicta leg. in epistola, & ipse Angel. in leg. hac consulti ssima, §. ex

Contrariæ opinionis auctores.

Testamentum militis nutu factum non ualet.

Nec testamentum inter liberos.

Prior opinio communior.

imperfecto. C. de testam. & in authen. de testamen. imperf. & in dicta l. in fraudem, & dicta leg. discretis, C. qui testam. face. poss. & videtur esse tex. in authen. quod sine, ibi, non signis, C. de testam.

Sed prima opinio vt communior est, ita & verior: quia, vt iam diximus, in dispositionibus ad pias causas arceditur ius diuinum, uel gentium, in quo non reperitur prohibitio testamenti nutu faciendi. Quin videmus, quod princeps potest permittere, vt quis eo modo testetur, per l. si mutus. D. de testam. nec etiam expeditum est omnino, quod de testamento militis, & de testamento inter liberos diximus. Nam quod ad primum attinet, uidetur esse text. in contrarium in l. iure militari. D. de milita. testam. & in §. quiniimo. Instit. eodem vbi mutus potest testari, quod tamen non potest aliter facere, quam nutu, & signis. l. ubi. D. de regulis iuris. & ita interpidē tenuit hanc partem Alexand. in dicta l. discretis, colum. ultim. vbi tamen distinguit, an miles possit loqui articulatē, & ita procedat prima sententia: aut nō potest, & procedat secunda, per id quod in simili dicitur in c. p. tuā. de desponsat. & ita etiam in terminis consuluit Angel. consilio 257. testator fecit testamētum suum. Quantum autem ad testamentum inter liberos, uidetur etiam textus in contrarium in l. vltim. C. fam. l. erciscun. in verbo, vel iudicijs, per quē hanc postremam partem tenuit Corne. in dicta l. iubemus, col. pen. vbi ita dicit vidisse se de facto cōsultum per plures clarissimos, licet periculosum esset in practica recedere à communi opinione.

Tenendo igitur eorum opinionem, qui dicunt valere testamentum nutu factum ad pias causas, eam duobus modis limitabis. Primò, vt procedat, nisi testator decesserit in eo statu, qui prima fronte huiusmodi appareat, vt non sit tractandum de fauore animæ, quia decessit excommunicatus, vel in bello illicito; ex no. per gloss. antiquam in cap. decernimus, de senten. excommuni. libro 6. Ita voluit Bald. in dicta l. iubemus, contra quem pugnat Corne. ibi, colum. penulti. dicens esse super hoc cogitandum: quia licet non sit considerandus fauor animæ testantis, subest tamen semper fauor piæ causæ instituta. Tamen id quod Bald. supra tenuit. Bartol. ante illum in repetitio. l. i. in 6. quæst. C. de sacrosanct. eccles. & Lupus alleg. 123. in Der nomine. & Dominic. in c. 2. §. vlti. colum. 4. de vsur. Firmia. in tractatu de episcopo, in 3. 1. quæstio. quartæ partis, libro 4. uersiculo nota ergo in prinis. Sed Bald. ibi, in lectu. columna 3. uersic. quid de excommunicato, & in repetitio. colum. 4. uersiculo sexto, & sequen. quæstio. C. de sacrosanct. eccles. tenet contra Barto. & ita est ibi contrarius, & hoc etiam sequitur latē Panor. in rubr. de testam. colum. pen. super quo uide latē Phil. Fran. in rubrica eodem titu. lib. 6. col. 14. uers. vlti. quæritur an excommunicatus.

Limita secundò secundum Angel. in d. l. iubemus. non procedere in testamento cæci, in quo requiritur specialis solennitas, per l. hac consultiissima, C. qui testam. face. poss. Et hoc dictum Angel. simpliciter refert Corne. in dicta l. iubemus, columna. penul. tanquam id sequi uideatur. Verùm Alex. ibi, colu. 1. aperte probat, dicens sibi uideri non esse uerum, quia dispositio illius l. hac consultiissima, non habet locum in testamento ad pias causas.

PRIVILEGIUM IX.

Mutus & surdus simul à natura non prohibentur ad pias causas testari: utpote quæ nullis legibus coarctantur.

Non, licet mutus & surdus simul à natura testari non possit, per l. discretis. potest tamen testari ad pias causas, & hic casus longè alienus est à precedenti, & magis lubricus. Nam non quicquid potest quis nutu facere, continuò potest mutus & surdus à natura etiam facere. Quis enim potest nutu codicillos facere, per leg. nutu. D. de legat. 3. mutus tamen & surdus simul à natura id facere non potest, per dictam leg. discretis, & ibi Rapha. & Paulus Castrensis cum similibus adductis per Corne. ibi. Igitur (vt redeamus) potest mutus & surdus simul à natura testari ad pias causas, vt uidetur sentire Bald. in dicta l. discretis, & expressius Alexand. ibi, & Panormit. in rubrica de testam. columna quarta. Pro quibus facit, quod miles, mutus simul & surdus testari potest, ut uidetur esse text. in dicta leg. militari. D. de mili. testam. & in dicto §. quiniimo. Instit. eodem, & utrobique gloss. intelligit illos tex. in mutuo simul & surdo à natura, quam sequuntur Io. Fab. & alij ibi, & Cy. Salyce. & Alexad. in dicta leg. discretis. Bald. & Angel. in dicta leg. iure militari. & est etiam gloss. in §. ultimo in uerbo, certis, Instit. quibus nō est permitt. facere testam. facit etiam quod princeps potest dispē fare, ut mutus & surdus simul à natura testentur, secundum Cynum Bald. Roman. Alexan. in dicta leg. discretis, per leg. si mutus, D. de testam. Ex quo facillè colligi potest, hoc impedimentum non esse iuris naturalis gentium, aut diuini: alioquin enim princeps illud tollere non posset, per Clemen. pastoralis, de iudicijs, & no. Imol. in cap. quæ in ecclesiis, de constitut. & Bartol. in l. vltim. C. si contra ius uel utilitatem publicam, cum similibus.

Contrarium tamen tenet Bald. in l. 1. colum. 2. uers. quæro utrum furiosus, in lectu. C. de sacrosanct. eccle. Roman. & Iason in dicta l. discretis, & Franc. Aret. in l. qui in potestate, §. vlti. colum. penul. D. de testam. Moti primò, quia hoc impedimentum uniuersale excludit consensum, l. cum prætor, §. penult. D. de iudic. Ideo mutus & surdus à natura aequiparantur pupillo, per l. seruo, iuncto §. cum prætor. D. ad Trebellia. & l. fulmine, §. aded. D. ex quibus causis in possess. eat. Imò verò infanti, ut uoluit Bartol. in leg. 1. in princip. & ibi omnes post eum, D. de uerborum obliga. & prope reā neque donare, neque aliter inter uiuos contrahere potest: ut uoluit gloss. not. in l. qui id quod, §. mutus. D. de donatio. ubi uide Docto. Pupillus autem etiam doli capax non potest testari etiam ad pias causas, ut uoluit Bar. in dicta l. 1. in 2. quæstione, per text. & ibi Bald. in lect. col. 3. uers. secundò quæro, in repetitio. & colum. 8. uersic. quid de pupillo, & ibi quoque Bartol. Salycet Floria. Bono. & alij præter Richard. Salycet. de sacrosanct. eccles. Bartol. in l. si quæramus, & ibi etiam And. de testam. Bald. Roman. Alexand. & Iaf. in leg. si frater, C. qui testam. face. possunt, Petrus Anchar. & Imol. in cap. 2. de testam. Panorm. in rub. extrà eod. Alexan. consil. 102. supra eo de quo quaritur, post prin. Bened. Cap. consil. 85. cum uiso & considerato. colum. 2. Barba. consil. 58. clementissimi Dei Patris, colum. 2. & seq. lib. 1. Franc. Arc. & Iason in l. vlti. colum. vlti. C. de testam. mili. & in l. rescripta. colum. 2. uersicu. tertio facit, C. de preci. Imper. offer. & Philip. Franc. in rubr. de testa. lib. 6. col. 4. uersic. tertio quaritur, ubi dicit de hoc dicto esse tex. in cap. licet, de sepult. ubi nemo potest ante pubertatem sibi eligere sepulturam. Iason in l. rescripta. colum. vlti. C. de preci. Impe. offer. Philp. De cius in l. pupillum, paulò ante fin. D. de regu. iur. text. in cap. si pater. de testa. lib. 6. ubi pater potest pupillariter, vsque ad tempus pubertatis, ad pias causas pupillū substituire. Ex quo sequitur quod ipse pupillus nō potest testari ad pias causas. Nā pupillaris substitutio est introducta subsidiū, præterea q̄ pupillus testatori nō potest Institui.

Mutus & surdus à natura nō testantur. Secus ad pias causas.

Miles mutus et surdus testari potest.

Princeps potest dispensare ut mutus, & surdus à natura testentur. Hoc tamē impedimētum nō est iuris naturalis.

Autores contraria opinionis. Mutus & surdus à natura aequiparantur pupillo. Ite infanti.

Nemo potest ante pubertatem sibi eligere sepulturam. Pater potest pupillariter pupillum substituire ad pias causas. Pupillaris substitutio est introducta in subsidiū.

Ex permissu prius potest quis nutu testari. Mutus nō prohibetur testari. D. si mutus in milite. Contrarius prioribus in testamento inter liberos.

Limitatio prioris opinionis. Testator excommunicatus de eccles. non censetur ad pias causas testari. Item si in bello illicito.

Testamentum cæci requirit specialem solennitatem.

Institu. de pupil. substitut. in princip. De quo tamen, quantum ad pupillum doli capacem, dicam infra eod. tit. §. ultimo in gloss. ultim. Item & pro secunda parte uidetur esse tex. ad literam, in dicta leg. discretis, vbi non potest surdus simul & mutus libertatem relinquere, cum tamen libertas sit pia causa, per leg. 1. ad fin. C. de com. seruo manu. & quicquid statutum est in libertate, procedat etiam in pia causa, vt uoluit Barto. in l. proxime. D. de his quæ in testa. delen. & l. si vnus, ad fin. C. de testa. cum concord. Ideo etiam contra id, quod diximus de milite, tenuit contrarium Raph. Cum. in l. qui in potestate, §. 1. de testa. uidelicet quod miles mutus simul & surdus à natura testari non potest, & Iason qui dicit semper tenuisse contrarium in dicta leg. discretis col. 1. ubi respondet iuribus contrarijs. Sed & contra illud, quod dictum est posse principem in eam rem dispensare, tenent Raph. Cuma. & Pau. Castr. in dicta leg. qui in potestate, §. 1. & Iaf. in d. l. discretis. Fran. Aret. in d. l. si mutus. D. de testam. vbi adducit uiuam (ut ait) rationem, quia mutus & surdus à natura nihil intelligit, per l. seruo inuito, §. si pupillo, in fi. D. ad Trebellia. Sicut ergo princeps non posset concedere furioso & mente capto testamenti factionem, quia caret sensu, & lex positua non potest immutare naturā rerum, l. 3. D. vsufru. & earum rerum quæ usu consumuntur. ita nō potest mutus & surdus simul à natura.

Sunt qui has opiniones ita concordant, vt uidelicet prima procedat in mutis & surdis à natura, quem tamen constat intelligere, & testari uelle ex signis & indicijs, sicuti nuncupatum uoluerunt Ioan. Faber in dicto. §. quiniimo. Salycet. Alexand. Corneus & Iason in d. leg. discretis, alioqui procedat secunda opinio: sicuti in simili dicitur, quod princeps, statutum & consuetudo, potest pupillo doli capaci concedere testamenti factionem, incapaci non potest, ut uoluerunt Bartol. Rapha. & recentiores in l. si quæramus, D. de testam. cum concord. quas adferemus infra eod. titu. §. ultim. Nam & quod dictum est, surdum simul & mutum à natura aequiparari pupillo, & infanti: intelligunt omnes de eo qui nihil profus intelligit, ut per Bart. & alios in l. 1. D. de uerbo. obliga. & in l. mutum, in princip. D. de acquirenda hæreditate.

Nec obstat quod diximus, non posse mutum & surdum simul à natura relinquere libertatem, quæ est pia causa. Et uerum est, quod libertas sit pia causa, quando legatum libertatis fit pro anima, vel amore Dei, aliàs secus, ut expressè uoluit Bartol. in repetitio. dictæ leg. 1. C. de sacrosanctis ecclesijs. Sed caue, quia communiter tenetur, quod relictum libertatis indistinctè sit pia causa, ut uoluerunt idem Bartol. in dicta l. proximè, D. de his quæ in testam. delen. & in dicta l. si vnus. C. de testam. & est bonus textus in dicta l. 1. §. ultimo, C. de commu. seruo manu. vbi nō erat relictā libertas pro anima. Et propterea illam Barto. limitationem in specie reprobatur Imola in l. captatoria. D. de legatis primo, de quo dicam postea, cum enarrabimus, quæ dicantur piæ causæ. Ideo aliter respondendum est, quod prohibitio d. l. discretis, non hic attenditur in dispositione ad pias causas, quæ nullis legibus præterquam iuris naturalis siue diuini coarctatur.

PRIVILEGIUM X.

Specialis solennitas communiter in cæci testamento obseruata, non habet locum, si testetur ad pias causas.

Decimo, licet cæcus testari non possit, nisi seruata solennitate, l. hac consultiissima, C. qui testam.

facere poss. tamen ea solennitas non requiritur, si testetur ad pias causas, vt uoluit Angel. qui putat aliud in relictis priuatis quibusdam puerperibus in dicta leg. hac consultiissima, sed Alexand. ibi, columna vltim. idem putat generaliter in omnibus relictis ad pias causas, per tex. in capitulo cum eises. & cap. relatum, eo. d. quæ sæpius allegat, & illum sequi uidetur Iason, ibi, colum. 3. uersicu. secundò limita, & idem etiam simpliciter uoluisse uidetur Corn. ibi, colum. 2. uersic. & similibus quæstio, & aperte Steph. Bertran. d. consil. 101. licet testamentum, per totum, lib. 1.

PRIVILEGIUM XI. Temporis inscriptio non est de substantia testamenti ad pias causas.

Vndecimò, licet in testamento requiratur temporis inscriptio, per Authent. quod sine. C. de testam. id tamen non obseruatur in testamento ad pias causas quod ualet sine inscriptione temporis, ut pulchrè consuluit Alexander consilio quarto attentis narratis, columna penult. uersic. secundò respondetur libro 7. motus ea communi ratione, quod hæc solennitas non sit iuris diuini, uel canonici, Corne. consil. 306. uidetur prima facie. colum. 1. uersiculo secundò uidetur, iunctis his quæ scribit Phea columna 7. uersic. non obstat dicta authent. Quamuis Bartol. contrarium sensisse uideatur, consilio 88. uel 58. proponitur quod Iacobus.

PRIVILEGIUM XII.

Si constet de voluntate testantis, quibuscunque uerbis vel indicijs testamentum ad pias causas conscriptum inueniatur, effectum fortietur.

Dodecimò, quod & præcedentibus accedit, licet aliàs testamentum scriptum notis inuistatis censetur esse inualidum, l. sed cum patre no. §. ultim. D. de bon. posses. secus si per uisitas, l. quoties, uersic. si quis. D. de hæred. instit. tamen ad pias causas semper ualet testamentum notis scriptum, siue uisitatis, siue inuistatis, modò possit quoquo modo constare de uoluntate testatoris. Ita uoluit Dyn. in l. Lucius. D. de testa. milita. per illum tex. loquentem in milite, quem extendit & ad hunc casum, sequitur, & dicit singul. Roman. in dicta authent. similiter, in 17. speciali circa ultimas uoluntates, & Socyn. in tracta. fallen. regul. 110. in 37. speciali. Et respondet Roma. vbi supra, ad authent. quod si ne. C. de testam. ubi testamentum inter liberos debet scribi, non signis, sed literarum consequentia. Et cum extensio, quæ ex illo textu fieret ad pias causas, esset illis odiosa, ea autem quæ fit ex testamento in dicta l. Lucius, sit fauorabilis: illam repudiare, hanc amplecti debemus, quia in dubio assumenda est opinio, quæ testamento fauet, & maximè ad pias causas celebrato, per l. si pars. D. de inoffic. testam. Sed tu præterea aduerte, quod contra illum tex. in dicta authen. quod sine, uideat esse alius tex. in l. ult. C. fam. erciscund. vbi expressè dicitur, quod testamentum patris inter liberos ualet quibuscunque uerbis, uel indicijs conscriptum inueniatur. Nisi dixeris tunc procedere, modò constet de uoluntate testatoris, aliàs procedet dicta authent. quod sine, quæ ita nihil omnino oberit.

In testamentis necessaria est temporis inscriptio. Secus in pias causis. Temporis inscriptio non est iuris diuini.

Testamentum notis inuistatis scriptum non ualet. Secus in testamento ad pias causas. Modò constet de uoluntate testatoris. Testamentum inter liberos non debet signis scribi.

In dubio assumenda est opinio qua testamento fauet.

PRIVILEGIUM XIII.

Piæ causæ nullis ciuilibus solennitatibus coarctantur: quapropter absurdum non est ad piæ causas quem testatum & intestatum decedere.

Decimotertiò, quod & superioribus cõuenit, licet aliàs quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, leg. penul. D. de in iur. testa. potest tamen ad piæ causas, ut uoluit Barto. in repet. l. 1. in 2. quærit. & latius colum. antepen. uersic. quinto quæro, C. de sacrosan. eccle. quia, ut ipse dicit, in his cessat omnis ciuilibus solennitas, nec necesse est ex naturali æquitate, quod quis omnino testatus decedat, per l. si miles unum, & l. si duobus. D. de milit. testam. ubi miles potest pro parte testatus decedere, & pro parte intestatus, & ita quoque Petr. Anchar. & Imo. in cap. cum esses, de testam. Panor. consil. 3. 2. circa duo dubia, col. 2. lib. 2. & Alexan. consil. 105. uiso ac diligenter consideraro, in fin. lib. 4. Corn. consil. 53. pro decisione, lib. 1. Iaf. in dicta l. hac cõsultissima, §. ex imperfecto, colum. 4. C. de testam. & Phi. Decius in l. ius nostrum, colum. 2. D. de regul. iur. Et facit etiam in hanc partem, quia potest statutum disponere, ut quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, ut uoluerunt Angel. & Imol. in l. 2. per illum text. & ibi quoque Alex. in 2. notab. D. de vulg. & pupi. subst. ex quo potest intelligi, hoc esse introductum de iure ciuili, non naturali, aut gentium.

Verum Bald. in repetitio. d. leg. 1. colum. penulti. uersic. super sexta quæstione, tenet contrarium: uidelicet quod testator ad piæ causas non potest ab initio decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: sic enim semitestatus, id est, imperfectè testatus, & imperfectæ uoluntatis decederet, quod est, ut dicit ridiculum dicere: respondetq; ad dictam l. si miles, quod ibi speciale in milite ex post facto: uerum ipso iure non potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, d. l. pen. D. de in iur. testam. irrito & rupto testam. sed per sententiam sic, l. cum filius, in prin. D. de lega. 2. & leg. etiam, & ibi nota. D. de inof. testam. hac Bald. qui & in lectio. d. l. 1. colum. ult. uersic. iuxta hoc quæro, idem tenet, motus, quia cautum non reperitur. Nec ualet, inquit, argumentum de testamento militis, quia nullo iure probatur ista æquiparatio, siue similitudo: & ideo debemus stare regulæ l. omnis definitio. D. de regulis iuris. Et facit quod not. in l. in testamento domini, D. de hæredib. instituen. Nā in milite (inquit) propter publicam utilitatem sunt multa specialiter statuta, quæ non sunt trahenda in eonsequetiam. Vtrius tamen partis sit uerior sententia, satis cõstat ex his, quæ suprà diximus.

PRIVILEGIUM XIII.

Testamentum patris, in quo pia causa est hæres instituta, nihilominus ualet, quamuis filius legitimam titulo legati consequatur.

Decimoquartò, licet iure nouissimo non ualet testamentum patris, nisi filius sit hæres institutus, habeatque debitum bonorum subsidium iure in-

stitutionis: nec sufficeret quibus alius relictus titulus, per tex. in authentic. ut cum de appellatio. cognof. §. aliud quoque capitulum, fallit tamen in testam. in quo pia causa est hæres instituta, & est aliud relictum filio titulo legati, ut expressè uoluit Bar. in repetitio. d. l. 1. & ibi et Floria. C. de sacrosan. eccle. Petrus Anchar. & Imol. in c. cum esses, de testam. Fulg. in l. generali. C. de sacrosan. eccle. Et Alex. dicto consil. 105. uiso ac diligenter considerato, col. penul. uersic. secundò respondeo, libro 4. Mouetur, quia huiusmodi testamentum non est factum contra officium pietatis. Nam de iure antiquo sufficiebat filiū habere legitimam quoquo relictio titulo, l. cum quærit, & l. omnimodo, C. de inof. test. l. cū scimus, §. cū quæretur, eo. & in §. 1. in auth. de trien. & semif. Igitur si iure nouissimo inductum est, quod habeat iure in institutionis, ista est mera solennitas iuris ciuilibus, quæ est remota in factis ad piæ causas: sed solum in his attenditur ius diuinum vel naturale, per dictum c. cum esses, & dictum c. relatum. Nec isto casu dicitur esse factum contra sententiam Augustini, quam citat gl. in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & Cleric. qui filius debitam legitimam consequitur, & idem in testamento facto inter liberos, ut uoluit Iaf. in d. l. hac cõsultissima, §. ex imperfecto. C. de testamentis.

Contrarium tamen tenuit Bal. in repetitio. d. l. 1. col. 16. uersic. super quarto quæsto. C. de sacrosan. eccle. ubi dicit in Barto. contemptum loquens, ille (ait) bonus homo non intelligit uerbum hoc. Et mouetur, quia hic non attenditur officium pietatis, sed quia filius inuenit præteritū, l. filio, D. de iniur. testam. Et hoc idem uoluit Salyce. ibi, in 2. quæstio. & sequitur latè Barba. in d. c. cum esses, col. 2. uersic. quærit hic dominus Petrus: & secundum hanc sententiã consuluit idem Barb. con. 38. difficile est, lib. 3. ubi ad hoc multa allegat, & cõsi. 12. quæritur utrū præterita filia, l. 4. Et facit, quia defectus præteritionis unius filij uitiat testamentum factum inter alios liberos, ut tenet gl. in l. si filius qui in potestate, D. de liber. & posth. Bal. Ang. Paul. Castr. & Iaf. in l. hac cõsultissima, §. imperfecto. C. de testam. & in l. filio præterito, char. antepenul. D. de iniur. rupto & irrito testam. & Bal. consil. 96. licet regulariter, li. 5. Sed tene primam partem, per rationem iam suprà allegatam, cui non satis à contradicentibus factum est.

PRIVILEGIUM XV.

Institutio hæredis in testamento ad piæ causas omiffa, non impedit eius effectum.

Decimoquintò, licet non ualet testamentum sine institutione hæredis, est enim testam. caput, & testamentum, institutio hæredis, ut patet per totū tit. D. de hæredibus institue. & in §. ante hæredes. Insti. de legat. Valet tamen testamentum ad piæ causas, sine institutione hæredis. Ita singular. uoluit Bar. in d. l. 1. C. de sacrosan. eccle. quem refert & sequitur Barba. cõsi. 8. præscribitur præclarè, columna 8. uersiculo uenio ad aliam dubitationem, lib. 1. & in hanc partem uidetur inclinare Panor. in capit. indicante, columna 1. extrà de testam. & ita quoque consuluit Paul. Castren. consilio 97. super primo quæsto, in princip. lib. 1. & etiam uoluit Firmia. in tract. de episcopo, in 3. quæst. quartæ part. lib. 4. uersic. dubitari potest.

PRIVILEGIUM XVI.

In dubio legatum ad piæ causas à testatore inductum debetur: aliàs secus.

Decimosexto, cum legatum reperitur inductum siue deletum, si constat consulto, & de industria à testatore fuisse inductum, non debetur: si inconsulto & casu, debetur. l. 1. D. de his quæ in testam. dele. & in l. si idem. D. de lega. 1. Certè in dubio uideretur consulto & debita opera factum fuisse, ut uoluit Bald. Raphael. Cum. & Paul. Castren. in d. l. nisi sit legatum ad piæ causas. textus est sing. in libertate loquens, quem Bartol. & post eum Bald. & Imol. trahunt ad omnem aliam piæ causam. in l. proximè. §. 1. D. de his quæ in testam. de len. & rursum idem Panorm. in l. si uas, ubi ita dicit se consuluisse, & ibi post eum Ang. Raphael. Franc. Aret. Corne. & Iaf. C. de testam. & Ro. qui ad hoc fact. sing. illum textum in repetitio. dictæ authent. similiter, in primo speciali circa ultimas uoluntates, & Socinus qui omnia hæc à Romano sustulit, in tract. fallen. reg. 310. priuilegia piæ causæ, in 23. priuilegio.

PRIVILEGIUM XVII.

Conditio, si sine liberis decesserit, non habet locum in restitutione hæreditatis piæ causæ.

Decimosextimo, licet descendentes à testatore ius si hæreditatem post mortem suam restituere, ita demum censetur in eam rem grauari, si sine liberis decesserint, non aliàs, ne uideatur testator alienas successiones suis antepone, per l. cum auus. D. de conditio. & demonstratio. & l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. & l. generaliter ad fi. C. de institu. & substitutio. tamen si sint grauati restituere piæ causæ, tenentur semper restituere, etiam si liberos relinquunt, ut pulchrè & singulariter consuluit Petrus Anchar. Dictæ leges fundantur super præsumpta mentesue uoluntate testatoris. Ideo ubi constaret, aut præsumeretur, de contraria mente, cessaret legis præsumptio, & ex consequenti legis dispositio, ut in simili not. in l. precibus. C. de impuber. & alijs substitut. & in l. testamento. C. de testam. mili. Igitur cum anima sit omnibus rebus præferenda, per l. sancimus, in fi. C. de sacrosan. eccle. præsumendum est testatorem uoluisse piæ legatum, aut fideicommissum antepone, etiam proprijs filijs, cum etiam fauorabilis lex prouideat, remota legitima piæ causæ, quam liberis, per authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. Et etiam in dubijs sequenda est opinio, quæ pro anima facit. l. sunt personæ. D. de reli. & sumpt. fun. hæc ferme Petrus Anchar. cuius sententiam sequitur Fely. in cap. eccle. sanctæ Mariæ, col. 38. in 1. limit. 9. q. de constitutio. & Iafon in l. tale pactum. §. ult. col. 3. uersic. & præterea per hanc doctrinam. D. de pac. & licet inter priuatos, col. 1. uersic. secundò facit. C. eod. ubi hoc dicit singularè, & in authentic. si qua mulier, col. 2. C. de sacrosan. eccle. & idem tenuit latissimè Barb. in repetitio. dictæ l. cum acutissimi, colum. 25 uersic. istud Summarium, cum multis sequent. & iterum char. penul. uersic. quid si testator. C. de fideicommiss. & idem Barb. consil. 71. illud in medium referam, colum. 6 uersic. nunc est uidentum, lib. 3.

Verum hoc non est sine dubio, nam ipsemet Petrus Anchar. in c. in præsentia, de probationib. hanc quoque opinionem tergit, & subdubians non decidit, sed cogitandum super ea relinquit cum Richa. Malum. & Plumb. Bal. in dicta l. cum acutissimi, col. 2. uersic. quæro quid si pater, in specie tenent contrarium, & ibi quoq;

Paul. Castr. col. ult. & Cor. col. 2. moti quia d. l. cum acutissimi, habet locum etiam si fuerit substitutus alius filius, d. l. cum auus, & quia potentior est ratio naturalis, quam fictio, per l. filio quæ pater. D. de libe. & posthu. Et hanc partem sequitur Barb. sibi contrarius consil. 55. præclarè scribitur, col. 7. uersic. & adduco elegantem, lib. 2. ubi multa adducit, ut probet chariores esse filios parentibus, quam piæ causam, & idem Barb. consil. 38. difficile, colum. 3. lib. 3. Et hanc etiam partem sequitur Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. l. 1. col. 5. in 6. fallen. D. ad Treb. & uidetur sequi Alex. con. 92. super eo, de quo quæritur, col. 2. uersic. postet etiam responderi, lib. 3. ubi postquam ad confirmandam suam sententiam adduxit hanc decisionem Pet. Anchar. dicit, quod præcedentes rationes quas etiam adduxerat, sunt tutiores, & illis magis adhæret, quasi huic non adhæreat, aut certè de ea dubitet, & Soci. consil. 191. licet difficultas, col. pen. uersic. quia ista, lib. 2. Fel. in d. c. præsentia, col. 1. de probat. Tu uide quæ dicam in simili infra in 47. priuilegio, super materia l. si nunquam. C. de reuoc. don. & rursus in 79. priuilegio.

PRIVILEGIUM XVIII.

Si in defectum conditionis uiduitatem inducentis pia causa subrogetur, talis conditio non reicietur: uerum ea deficiente piæ causæ locus fiet.

Decimo octauo, licet conditio matrimonium impediens, siue etiam uiduitatem inducens adiecta legato facto mulieri, reijciatur. l. quoties, & l. sed si hoc. §. vl. & l. seq. & l. cum tale. §. rescriptum. D. de cond. & demonstr. & in auth. cui relictum. C. de indic. uidi. Fallit tamè, nisi in defectum huiusmodi conditionis uocatur pia causa, quia tunc non reijciatur, quin si deficiat, uocatur pia causa. tex. est sing. loquens in libertate, quæ Guliel. Bartol. & Paul. trahunt ad omnem piæ causam in l. Titio ususfructus. §. ult. D. de condi. & demon. & illum tex. ad hoc sing. reputat Rom. in d. auth. similiter, in 2. speciali, circa ultimas uoluntates, & Soci. in d. reg. 210. in 25. priuilegio.

PRIVILEGIUM XIX.

Generalis diminutio in codicillis facta, nihil obest relictis ad piæ causas.

Decimonono, licet diminutio in codicillis facta sit per uerba generalia eorum quæ relictæ erant in testamento, non tamen extenditur ad ea, quæ in ipso relictæ erant ad piæ causas, quin ea debentur omnino integre. tex. est not. loquens in alimentis, quem Nico. Neap. extendit ad alias piæ causas, in l. liberos quos. §. posthumis. D. de aliment. & ciba. leg. & sequitur Ro. qui illum tex. dicit sing. in d. auth. si milites, in quarto speciali, circa ultimas uoluntates, & Soc. in d. reg. 310. in 26. priuilegio.

PRIVILEGIUM XX.

Testamentum pupillare à patre milite ad piæ causas factum gaudet eodem priuilegio, quo testamentum ipsius patris.

Vicesimo, licet aliàs pater miles, aut alias priuilegiatus, in testamento factione non possit filio impuberi ita testari, ut tale testamentum gaudeat eodem priuilegio, quo testamentum ipsius patris, per l. miles ita. §.

Nemo potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus. Nisi in piæ causis. Nemo naturali æquitate cogitur omnino testatus decedere. Miles potest pro parte testari, pro parte non. Item & statutum potest introducere.

Contraria opinionis auctores.

In milite multa specialia.

Iure institutio nis filius legitimam habere debet. Nisi pia causa hæres instituat.

Iure antiquo satis erat filium habere legitimam quoquo relictio titulo. Iuris ciuilibus solennitas non consideratur in piæ causis.

Contrarium sentientis.

Defectus præteritionis unius filij uitiat testamentum factum inter reliquos liberos.

Testamentum caput, est testamentum institutio hæredis.

Legatum à testatore inductum an debeatur. In dubio legatum censetur consulto inductum. Nisi in piæ causis.

Gratuus hereditate post mortem suam restituere exarant.

Gratuus hereditate restituere piæ causæ.

Anima obest rebus præferenda.

Magis fauoratur piæ causæ, quæ liberis.

Contrarium sentientes.

Potentior est ratio naturalis, quam fictio.

Conditio uiduitate inducens reijciatur. Conditio subrogata in alierius locum non assumit eiusdem conditionis effectum.

Verba generalia non extenduntur ad piæ causas. Extensio de alimentis ad piæ causas.

Testamentum pupillare non gaudet priuilegio testamenti patris.

ita, s. ex hæredato, D. de mili. testamen. Fallit tamen quædo testatur filio impuberi ad pias causas, id enim æquè priuilegiatum, priuilegijs scilicet piæ causæ, ac si in suis ipsius bonis testatus fuisset. Ita uoluit Bal. in l. i. in lect. col. antep. ver. querit hic Bar. & iterum in repetitio. col. 8. vers. 7. incidenter, C. de sacrosanct. eccl. per textum in c. si pater, de testamen. lib. 6. & in l. in fundum per fideicommissum. s. vl. D. de legatis primo, & utrobique reprehendit Bar. ibi aliter dicentem in 2. q. 4. q. principalis.

PRIVILEGIUM XXI.

Directè puberibus ad pias causas factæ substitutiones post aditam hæreditatem non expirant.

Vicesimo primò, licet non possit quis puberi substituere directò post aditam hæreditatem, post aditam. C. de impub. & alijs substit. fallit tamen in testamētis ad pias causas. Nam cū in illis attendamus solum ius gentium, aut diuinum, ut sæpius diximus, idque non sit iuris gentium, aut diuini, ut pote cum miles possit directò substituere maiori post aditam hæreditatem, per l. Centurio. D. de vulg. & pupil. huic tamē lex ciuilib, aut princeps id permittere non possit, si esset iuris gentium, aut diuini, ut supra diximus in 8. priuilegio, & ita uoluit expressè Bar. distinguens tamē, in repet. l. i. col. antep. vers. sexto quæro. C. de sacrosan. eccl. quem simpliciter sequitur Panorm. conf. 3. circa duo dubia, col. 2. & Lancelo. Gal. in repet. l. Centurio. col. 1. o. vers. octaua cadit dubitatio, D. de vulg. & pupil. qui subtiliter hanc partē confirmat, & rationes aduersariorum alacriter refellit, cui adde & Bal. hoc tenentem conf. 356. punctus inter alia, li. 4. Nam & id (inquit) à milite fieri potest, l. miles ita hæredem. s. & quia diximus, D. de testam. milit.

Nam Bal. in repe. l. i. col. 8. ver. octauò incidēter quæro, in hoc aduersatur Bar. sicuti aliàs sæpe, potissimum in ea l. & ad eò quidem insolenter, ut possit apertè diiudicari, Bal. cū super eam l. scriberet, fuisse Bar. infensissimum: postquam enim recensuit opi. Bar. dicit, quòd tales opin. non sunt commemoratiōne dignæ. Tamen si assessores (ait) propter imperitiā sequuntur errores, quibus non resistitur, quoniam non intelligunt radicem iuris: ideo pro tanto reatu, ut doctrinæ (inquit) phantasticæ euellantur, & subintret non fallax, sed uera doctrina. Subdens quòd si directò possit substitui puberi adita hæreditate, offenderentur regulæ iuris. Item vno tempore esset vnus hæres, alio alius: præterea quia semel esset hæres, desineret esse hæres. Deinde bona vnita separarentur. Deniq; dicit de hoc esse casum in c. si pater, de testi. lib. 6. Et hanc quoque sententiam sequitur idem Bal. in l. extraneum, col. pen. C. de hæred. instit. ubi dicit, non esse bonam similitudinem de milite. Et hanc etiam partem nouissimè secutus est Lancel. Politus, in tractatu substitutionum in titu. de compendiosa substitutione, col. 5. ver. quinta quæstio fit, hac potissimum ratione motus, quòd illa regula, quòd quis non possit directò alteri adita hæreditate substituere, non solum procedat ex ratione ciuili, sed etiam ratione iuris gentium. Ex quo est quòd alter alteri testamentum facere non possit, vel alter de re alterius disponere, & quòd res nostra line facto à nobis auelli non potest, ut toto tit. Instit. de rer. diu. & D. de acq. rer. dom. At cū quis alteri directò substituit adita hæreditate, videtur alteri facere testamentum, vel rem suam sine ipsius facto, & in alium transferre. Et ita, inquit, subuertitur ratio Bar.

Iason autem in dicta l. Ceterio. col. 4. ver. adde quæto, D. de vulg. & pupilla. dicit, quòd quicquid dicat

Bal. tex. in dicto ca. si pater. facit pro Bar. qui etiam illū allegat, dicit enim Bar. ubi supra, quòd si prima institutio nō est ad pias causas, tunc nō potest directò substitui post aditam hæreditatem, etiam ad pias causas, & hic est propriè casus d. c. si pater. Si uerò ipsa prima institutio sit ad pias causas, sicuti & substitutio, secus, ut innuit ille ipse tex. & ita dicit uideri meliorem primam opinionem cū d. limitatione. Subdit tamē nō uideri tutum fundamentum Bar. de testamēto militis, ut quia uidelicet in eo attenditur ius gentiū, sicuti & in testamēto ad pias causas: ideo q̄ in illo statuitur, in hoc quoque procedere. Nam huiusmodi ratio non est generalis: uidemus enim quòd in testamēto inter liberos, attendimus solum ius gentiū, ut no. in l. hac cōsultissima, s. ex imperfecto, C. de testamen. & tamen nō potest pater filio post aditā hæreditatē directò substituere, per generalē rationem in pupillari, & in l. in uerbis ciuilibus, D. de vulg. & pupil. Niti (inquit) diceret, quòd illa iura debent restringi, ut non habeant locum, quando pater substitueret aliquem liberis.

PRIVILEGIUM XXII.

In pijs causis tempus incœptum habetur pro impleto.

Vicesimo secundò, licet aliàs relictum tali tempore, & sic per uerba denotantia tempus positum in casu obligationis simpliciter, non possit peti nisi in fine illius temporis, per l. qui hoc anno, & l. eū qui certarū. D. de uerb. oblig. & s. qui hoc anno, Instit. de inutil. stipula. tamen relictū tali modo ad pias causas, peti poterit in ipsius tēporis initio, ut est tex. no. in l. si ita fuerit, C. de manu. testamen. quē ad hoc allegat, & commēdat Roman. in d. authen. similiter, in 5. & iterū in 3. r. speciali, & Soc. in d. regul. 3. ro. in 37. priuilegio, dicitq; Ro. in dicto quinto speciali esse notādū ad declaratiōnē eorū quę dicuntur in l. si cui legetur, D. de leg. 1. & l. non putabam, D. de condi. & demon. & l. qui filium, s. Sabinus. D. ad Treb. & l. i. C. quando dies lega. ced.

PRIVILEGIUM XXIII.

Deficiente conditione, cū ad certam ætatem peruenerit, legatum ad pias causas nihilo minus debetur.

Vicesimo tertio, licet relictū alicui, cū ad certam ætatē peruenerit, peti nō possit illo ad eā ætatem non peruenerit, tanquam deficiente conditione, l. fundus, & l. Mænius, D. de conditionibus & demonstratiōnibus, & l. qui habebit, D. de vulg. & pupil. tamen relictū eo modo ad pias causas, peti possunt, licet ille morte præuentus, ad eam ætatem non peruenerit, per textū notab. loquentem in libertate, quem ad aliàs pias causas trahit, & dicit sing. Ang. in l. si ita scriptum fuerit, D. de manu. testamento, & illum sequitur Rom. ubi supra, in sexto speciali, ubi & de hoc dicit esse alium text. in l. si seruus liber, D. de statu li. & Soc. ubi supra in 28. priui.

PRIVILEGIUM XXIII.

In pijs causis inuentario etiam nondum confecto potest hæres conueniri à legatariis.

Vicesimo quarto, licet hæres existen: infra tempus conficiendi inuentarij, non possit interim conueniri à legatarijs & fideicommissarijs, per text. in leg.

Distinctio Barro. hanc de re.

Refusatio fundamēto Bartoli de testamēto militis. In testamēto inter liberos solum ius gentium attenditur. Pater non substituit directò filio post aditam hæreditatem.

Tempus obligationis præcisè est implendū. Secus in pijs causis.

Conditio, si ad certam ætatē peruenerit. Extensio de libertate ad pias causas.

Hæres existens infra

l. ultim. s. donec. C. de iure deliberan. Fallit tamen in relictis ad pias causas, ut uoluerunt Richar. & Cyn. & post eum Bal. in d. s. donec, & idem Bald. in repetitio. l. i. char. pen. in 9. q. C. de sacros. eccl. & l. nulli, col. 3. vers. deinde nota hic, C. de episc. & Cleri. Angel. & Imo. in l. hac stipulatio, D. vt leg. nom. cau. l. aso. in l. eam quam, colum. antep. vers. notabiliter limita. C. de fideicommiss. Et facit, quia res dilationem non recipit, cū de salute corporis tractatur, argu. l. vlti. D. de appel lat. recip. ideo multò minus cū de salute animæ tractatur, per l. sancimus, C. de sacrosanct. eccl. quam rationem affert Bal. in d. l. i. eo. tit.

PRIVILEGIUM XXV.

Testator censetur etiam in pijs causis legasse secundum conditionē ipsius rei.

Vicesimo quinto, licet aliàs non quod maius est, & melius, sed quod minus est, in dubio ueniat, quando legatum factum est in genere, vel aliàs obscurè, l. qui concubinam. s. vlt. & l. nummis. D. de leg. 3. & l. apud Iulianum. s. seruo, & l. si ita sit adscriptum, & l. legata generaliter, & ibi concord. in glo. D. de lega. 1. tamen ad pias causas quod maius est debetur per text. singul. in l. Titia. s. vlti. D. de auro & argento lega. & ibi gloss. Bartol. Nicol. Neap. & alij hoc nota. Ex quibus Bart. ipse dicit per illum textum, quòd si quis legat ecclesiæ calicē, intelligitur in dubio ex argento, aut si quis iubet fieri planetam ecclesiæ, intelligitur ex serico: hæc sunt Barto li. uerba. illum quoque text. ad hoc ponderat Bal. in l. si quis ad declinandam, colum. penultim. C. de episcopis & cleri. ubi & dicit idem quod Bart. ubi supra, & dicit esse menti tenendum, & idem Bal. in l. si nondum. C. de furt. & in princip. proœm. Decr. ubi dicit illum textum not. ad hoc quod honor debetur Deo, propter magnā gloriam suam, & propter ipsius honorem augetur inter pretatio testamenti, & Petrus Anchar. Imol. & Panormita. qui hoc reputat singul. in ca. indicante, de testam. Ro. qui & illum tex. dicit sing. in dicta authen. similiter, in 2. speciali, & sing. 5. 7. quæro quid si lego, & Barto. conf. 59. illud in medium afferam, col. 1. lib. 2. & Soc. in dicta regul. 3. ro. in 41. priuilegio, ubi etiam dicit illū text. sing. & conf. 247. circa 1. col. vers. fed posito, lib. 2. ubi etiam facit illum tex. sing.

Legatum calicis ecclesiæ recipientium.

Ob Dei honorē augetur interpretatio testamenti.

Testator presumitur legasse secundum conditionē ipsius tempore.

Nihil speciale hac de re pia causa.

Votū cuius piæ memoriæ debetur.

relictum Bar. ut uidelicet quod maius est præstari debeat, fauore Ecclesiæ, miris modis torquet, ut contrarium ex dicto c. discutiat.

PRIVILEGIUM XXVI.

In puris legatis ad pias causas, non habet Falcidia locum, ne per obliquum quidem: nisi pia causa sit hæres instituta: aut Falcidia detracta possit nihilominus adimpleri voluntas: aut etiam aliud relictum sit ad non piam causam. Tunc enim pro rata tantum ex utriusque legato detrahetur: aut denique nisi aliud ea de re testator disposuerit.

Vicesimo sexto, de relictis ad pias causas non detrahitur Falcidia. tex. in s. si autem hæres, in auth. de eccl. ti. & in dicta. auth. similiter, supra sæpius allegata, & latè omnes Doct. Id quod etiam procedit, de iure Pandectarum quando detractioe facta, id quod superest non sufficit ad implendam voluntatem testatoris circa relictā ad pias causas, ut est text. notab. in l. decem. D. de fideicom. libert. quem ad hoc dicit sing. Ro. in d. authen. similiter, colum. 3. & Bene. Cap. consil. 86. & si videatur, colum. 1. licet tamen gl. ibi, quam omnes sequuntur dicat indistinctè hoc de iure Digestorum non procedere.

Et id quoque procedit, ut uidelicet nō detrahatur hoc casu Falcidia, neq; mediatè neq; immediatè, uerbi gratia, Sempronius hæres institutus debet soluere legatum Titio, Titius ecclesiæ, certè Sempronius non detrahit Titio: nam illi detrahendo detraheret ecclesiæ, contra dictam auth. similiter: & de hoc est bonus tex. in simili, in l. cum dotem maritus, & ibi Paul. Castr. & in l. si seruus, cum seq. D. ad legem Falci. & bene facit l. decem. D. de fideicom. libert. & l. vlt. s. vl. C. de bonis quę liber. & in l. si patroni. s. 1. D. ad Treb. & ita in specie tenet Bar. in repet. c. Rayn. col. 1. s. 1. ver. 4. de testa. & ante illum, licet non alleget, Bal. in l. auia. s. Titio, per illum textum. D. de conditio. & demonstra. & in l. cum tale, s. non est. D. eo. Ro. in dicta. auth. similiter, charta ante pe. qui hoc dicit sing. & Corn. ibi, col. 2. ad fin. Idem Ro. in l. Marcellus, & ibi etiam Alex. col. 3. D. ad Treb. & dictus Ro. conf. 206. licet de communi cōclusionione, Ang. in d. l. cum dotem, & ibi quoque Pau. Castr. in lect. Padua. & etiam Alex. in d. l. s. ad municipium. D. ad l. Falci. & conf. 20. ponderatis his, col. vlt. lib. 3. & Bened. Capra conf. 78. punctus, Buciarellus, col. vl. & cōf. 144. punctus, statuto ciuitatis. col. 2. ad fi. & Fran. Arc. conf. 67. diligenter & maturè considerato testam. col. pen. ubi & ad hoc alleg. tex. quem dicit, ualde not. in l. sed si non seruus, circa mediū. D. ad l. Falc. & Soc. cōf. 77. in puncti cōsultatione, col. 5. ver. restat ergo unum. lib. 1. & conf. 49. viso instr. col. vl. lib. 1. & conf. 49. viso instrum. col. vl. ver. cōfirmo hanc, lib. 4. Philip. Fran. qui & hoc dicit sing. in c. si pater. char. pen. de testa. lib. 6. & l. in l. i. in l. lect. col. pen. C. de sacros. eccl.

Sed hoc vltimū procedit, quando certū est, legatum esse peruenturum ad piam causam, secus si incertū, ut quia hæres est grauatus restituere piæ causæ sub conditione, si decesserit sine liberis, ut uoluit Ro. d. conf. 206. in fi. ubi dicit ita sentire Bal. in d. s. Titio, & hoc uideatur sequi Alex. in l. i. s. ad municipium. D. ad leg. Falc. & in d. l. si cum dotē. & rursum in d. l. Marcellus, ubi dicit pro hoc facere d. l. si non seruus. s. vlt. D. ad l. Falc. & Corneus

Id est cum si non detrahitur Falcidia.

Id est de iure Pandectarum.

Neq; mediatè neq; etiam immediatè.

Si tamen certum sit legatū ad piam causam.

Distinctio ad pias causas.

Nemo substituit directò puberi post aditam hæreditatē nisi ad pias causas. Miles directò potest substituere maiori post aditam hæreditatem.

Contrarium defendentes.

Absurda.

Qui semel est hæres non desinit esse hæres.

Alter alteri testamentum facere non potest. Res nostra sine facto nostro in alium transferri non potest.

Corneus in d. authen. similiter, & Soci. consil. 1. r. 5. vide batur prima consulatione, col. 2. vers. sed ad omnia, li. 4. & ante hos Paul. Castr. cuius non meminerunt, consil. 321. vilis & ponderatis, col. vlt. lib. 2. Subiungit tamen Alexand. quod hoc casu haeres debet cauere de restituendo, quod detraxit eueniente conditione, per tex. in l. lege Falcidia non habetur, D. ad leg. Falcid. iuncta l. 1. in princip. D. vt leg. no. ca. quod & idem repetit consil. 217. ponderatis his, ante fin. lib. 6. & Bened. Cap. sibi contrarius, consil. 61. cum vilis & consideratis, col. vltim. fuit simpliciter in ea opin. vt detrahatur, nisi legatum primo loco relinquatur ecclesiae, vide Bald. in l. cum virum, aliis, eam quam, versicul. sed pone, C. de fideicom. Pan. autem, vbi supra dicit, hoc casu detrahi Falcidiam, vt supra diximus, sed si postea constituitur condemnationem euenire, ita quod res sit restituenda pia causa, certe non est amplius detrahenda Falcidia, quin debebitur tanquam ex vltimo moriente, per l. codicillis, in fin. princ. D. de usufruct. leg. non tamen restituenda est illa Falcidia iam primùm detracta ab haerede: & ita cum eo non conuenit Alex. tu vide hic Steph. Bertrand. consil. 357. num. 7. lib. 2. & dicto consil. 250. num. 15. lib. 3.

Sed quod primo loco dictum est de relictis ad pias causas non detrahi Falcidiam: multis modis intelligendum est. Primò, nisi pia causa fuerit haeres instituta, quia tunc ea pia causa detrahet Falcidiam à legato facto pia causa, cum priuilegiatus contra priuilegiatum non vtatur priuilegio, ita voluit Ang. in d. authen. similiter, §. sed & hoc praesenti, in fin. per illum text. in authen. de sanc. episc. & Sal. in authen. qui rem, C. de sacrosan. eccle. Alber. in l. si quis ad declinandam, colum. 1. in 2. q. C. de episcop. & cler. Imo. in d. l. 1. §. ad municipium, & ibi quoq; Raph. Cum. qui refert idem quocum tenuisse Dy. & Alb. Rom. D. ad leg. Falc. & Pan. in c. in praesentia, col. 14. vbi dicit, ita consuluisse Fran. de Alber. & ibi etiam Philip. Dec. col. 24. de probatio. & rursus idem Panormita. in c. cum causam, per illum tex. de praebend. Alexan. qui hoc reputat singul. in additio. ad Bartol. in d. authen. similiter, & Firm. qui & hoc dicit sing. in tractatu de episcopo, in 31. q. 4. partis. lib. 4. vers. quæro an etiam delegati, & Bene. Cap. consil. 68. circa quod etiam videatur, in tertio dubio, quod est in vltim. colum. & iterum consil. 78. punctus Buciarellas, col. vlt. Firmia. in tractatu de episcopo, in quarta parte lib. 4. in 31. quaestione. vers. quæro etiam de legatis.

Contrarium tamen tenet Rom. in dicta Authen. similiter, char. antepenul. & ibi quoque Corne. col. vltim. vbi dicit in hanc partem consuluisse Francisc. Alber. sicuti verè consuluit consil. incipien. quæritur si aliquis fecit: quanquam ab alijs allegatur, consuluisse pro prima parte, idem Corne. consil. 140. circa hoc, colum. 2. lib. 1. vbi ad hoc multa allegat Roma. Iason, & Alexan. in d. l. Marcellus, D. ad Trebellianicam. Alexan. in dicto. §. ad municipium, & Barbat. in d. repetit. capi. Raynaldus, colum. 151. versic. 39. de testament. ubi ita dicit se consuluisse, Philip. Franc. in c. si pater, char. penulti. de testament. & Fabi. Gochi. in repetit. authentic. nouissima, in 24. quaestio. principali, versicu. sed vtrum ecclesia, C. de inoffic. testament. vbi ita dicit consuluisse in ciuitate Eugubij Felyn. in dicto c. in praesentia, colum. 15. de probatio. Mouentur, quia quod dicitur, priuilegiatum non vt priuilegio, ubi est paritas hinc inde priuilegiatorum, per l. sed & milites, versicu. 1. & 2. D. de excusat. tutor. & not. in l. verum, §. sciendam, cum l. sequent. D. de minoribus, & l. zsidius, D. qui potio. in pignor. hab. & in l. priuilegia, D. de priuileg. cre. & per Cy. & Bartol. in authen. quas actiones, C. de sacrosanct. eccles. vbi priuilegiatus contra priuilegiatum tum demum non gaudet priuilegio, cum vterque est

priuilegiatus in specie: secus si vnus esset priuilegiatus in specie, alter in genere. Nam qui in specie est priuilegiatus, vtitur priuilegio aduersus alium, per textu apertum in l. vltima, D. ex quibus causis maior. ubi minor læsus, vel absens restituitur contra minorem vel absentem, quia videlicet non est læsus minor vel absens priuilegiatus, quod aduersus eum non competat restitutio: sicuti & ecclesia non praescribit contra ecclesiam, nisi tanto tempore quanto priuatus, videlicet quadraginta annis, quia ecclesia non reperitur actiue priuilegiata in praescriptione, sicut passiuè, per dictam l. vlt. & dictam ant. quas actiones, C. de sacrosan. eccles. & ca. auditis, de praescriptionibus, & pro hac etiam doctrina est bonus textus in cap. ad aures, & ibi not. Panor. in 2. notab. eodem tit. de praescriptio. & in ca. cum pro causa, & ibi quoq; Panormita. in 2. notab. de sent. excommunic. At in proposita pia causa, quæ vult deducere Falcidiam, vult vt priuilegio pro generali & communi omnibus: causa autem pia est, quæ negat iure speciali. Et propterea non obstat (inquit) alij tex. in dicto §. sed & hoc praesenti, quia ibi vtraque causa reperitur priuilegiata in specie, vt ibi patet. Et vt alij etiam dicunt, illud ibi procedit, quia expressa prouisio hominis ad pias causas, facit cessare prouisionem legis, etiam ad pias causas, l. & habet, §. cum quis. D. de preca. & l. vlt. C. de pactis conuentis, cum similibus.

Sed his continuò occurrit Philippus Decius in dicto cap. in praesentia, col. 23. & sequenti. de probationibus, vbi dicit, quod ista declaratio, distinctioq; priuilegiati in specie, & in genere, est contra tex. in dicto §. sed & hoc praesenti, & ea quæ supra diximus de minore, & absente, & alia similia: in quibus, si rectè res attendatur, priuilegiatus specialiter in aliqua causa, non vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum in genere, propter similem eius qualitatem, vt rectè patet in casu, de quo ibi per gloss. & Docto. Monasterium enim habet priuilegium, vt excludat substitutum vocatum à testatore, & tamen non utitur priuilegio contra aliud monasterium substitutum, quod quidem monasterium substitutum nullum in illo casu habet priuilegium. Et eodem modo possent induci ea quæ supra dicta sunt, & ratio manifesta videtur, quia cum priuilegium concedatur simpliciter, non debet trahi, ut habeat locum contra alios pariter priuilegiatos, quia non est eadem ratio, & indefinita non æquipollet vniuersali, vbi est diuersa ratio, vt per Dyn. in rubric. de regul. iur. in 6. & per Bar. in l. si pluribus, ff. de leg. 2. Nec obstat dicta l. vlti. D. ex quibus causis maio. & dictum c. auditis, de praescriptio. cum similibus, quia in illis casibus ille qui priuilegio utitur contra alium priuilegiatum, certat de damno vitando, alter priuilegiatus de lucro captando, & ideo eius priuilegium non attenditur, ut declarat Baldus in auth. perpetua, C. de sacrosanct. eccle. Petrus Anchara. consil. 36. contra, col. 2. Paul. Castren. consil. 313. vbi bene attingatur, circa finè, Ange. Aret. in §. rursus. Institui. de actionibus. Præterea quia illud, quod de legato ad pias causas non detrahatur Falcidia, introductum est in fauorem ecclesiae, vel animæ testatorum, vel alterius pia causa: quæ quidem ratio cessat quando ecclesia, aut alia pia causa est instituta haeres, ideo & cessare debet dispositio. Sed & nouissimè Lancelot. Polit. in repetitio. l. filium, col. 36. versic. circa quartum. C. familiae erciscund. dicit, longè sibi magis placere primam opinionem, quoniam multò firmitus & validius est priuilegium commune, quàm speciale, vt not. Docto. in l. Centurio, D. de vulgar. & pupilla. quod maximè (inquit) verum est, quando commune priuilegium est in persona illius, cui & speciale concederetur, propterea non esse probandam considerationem eorum, qui secundam partem tenent, quoniam

Vterq; priuilegiatus in specie non gaudet priuilegio apud alterum.

Ecclesia non praescribit aduersus ecclesiam, nisi spacio quadraginta annorum.

Expressa prouisio hominis.

Responsio ad contrarium.

Monasterium substitutum a testatore. Non tamen aliud monasterium substitutum. Priuilegium simpliciter conceditur indefinitum non æquipollet vniuersali.

Priuilegia eius certas de lucro captando non utitur priuilegio contra alium priuilegiatum.

Cessante ratione cessat eius dispositio.

Validius priuilegium commune quàm speciale.

Pia causa duplici ratione fulcitur in deducenda Falcidia.

In pari causa fauendum est repetitioni. Non debet, in fi. ff. de regul. iur. Et ita per hæc est expedita hæc prima limitatio: ex quibus constat non immeritò dubitasse gl. in c. Pontifices, in fi. 12. q. 2. quid in hoc casu dicendum esset, adeò est dubius.

Non adimpleta pia voluntate. ex reliquo non detrahitur Falcidia.

Distinctio legis pia causa ad certum aut incertum usum relictæ.

Testatore

ab huiusmodi legatis ad pias causas, cum testator nihil de ea re disposuit: nam ipse potest disponere ut detrahatur, vt not. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. & per Soci. consil. 48. consilij, & c. capio primam quaestionem, col. 3. vers. 5. confirmatur, lib. 1.

nihil disponente de Falcidia per causam, nec ea detrahatur.

PRIVILEGIUM XXVII.

Quarta Trebellianica non deducitur ex fideicommissio uniuersali ad pias causas.

Vicesimo septimò, non solum non detrahitur Falcidia ex singulis videlicet legatis, sed nec etiam Trebellianica ex fideicommissio uniuersali, vt voluerunt Iacob. Bel. Fulg. & Ang. in d. §. si autem haeres, in auth. de eccles. tit. Spec. titu. de instrum. edit. §. compendiosè, vers. sed cum deductio, col. vlt. Dyn. in l. 1. §. filij. D. ad Trebellianicam. Cy. Bart. Bald. Angel. Salyc. qui hanc sententiam dicit in practica tenendam, & Raphael in dicta authen. similiter. C. ad legem Falcid. Cyn. Angel. & Imol. in l. 1. §. ad municipium. D. ad leg. Falcid. Ioan. Cald. consil. 40. quædam mulier, ad fin. in tit. de testamen. Specul. qui ita dicit fuisse iudicatum, in titu. de instrum. edi. §. compendiosè, versic. sed cum deductio, Bartol. Bal. & Angel. in l. Marcellus. D. ad Trebellianicam, Bart. in l. 1. in 5. q. 5. quaest. principalis. C. de sacrosanct. eccles. Ioan. de Fantenz. Petr. Anchar. & Domin. in c. si pater, de testamen. lib. 6. Bart. in authen. sed etiam in ea. C. ad legem Falcid. vbi ita dicit se consuluisse sæpius, & ita de facto consuluit in 6. consil. uiso testamento, ad fin. & iterum consil. 34. factum tale est, Masius Martini, colum. vlt. & consil. 56. Bart. condidit testamentum, in tertio dubio, & consil. 68. proponitur quòd Iohannellus, colum. 2. versic. ex prædictis, Bal. in repetitio. l. 1. colum. 15. vers. super decimo quaesito. C. de sacrosanct. eccle. & in lid. quod pauperibus, in 18. q. & in l. si quis ad declinandam, colum. 1. & ibi Salycet. qui hoc dicit seruari in practica, & Pau. Castr. C. de episcop. & cleric. idem Bald. in l. vlt. C. eodem tit. & in l. & in epitola, circa medium. C. de fideicommiss. Bald. & Angel. in l. auia. §. Titio. D. de conditio. & demonstratio. Bal. in l. executorem. C. de except. rei iudi. & consil. 85. quæritur vtrum ille, in princip. libro 1. & consilio 99. factum tale est, Nicolaus, libro secundo, & consil. 171. prætermittenda sunt, in fin. libro 3. & consil. 8. si codicillaris, lib. 4. & consil. 90. hoc capite proponitur quòd Christianus, eodem lib. 4. & consil. 450. in consulendo, in fin. eodem lib. 4. & consil. 423. Francischinæ quæ decessit, eod. libro 4. vbi dicit eam communem esse opinionem Legistarum, & consil. 3. factum tale est, lib. 5. & consil. 296. factum sic se habet, eodem lib. 5. & consil. 35. viso testamento. colum. 2. eodem lib. 5. & consil. 328. determinatio, in fi. eodem lib. 5. Signo. consil. 16. factum tale est, reperitur quòd quidam, in 2. quaest. Iacob. Bel. & Angel. in §. si autem haeres, per illum textum in authen. de eccles. titu. Angel. in §. si verò expressim, colum. 7. in d. authent. de hereditibus & Falcid. & in §. sanctissimus, in authen. de sanctissimis episcopis, & in l. sed si non seruus. D. eodem tit. & consil. 41. punctus, de quo quæritur, in fin. vbi dicit hanc esse veram, & approbatam opinionem, & iterum consil. 59. quidam paterfamilias, post princip. vbi & dicit hanc opinionem communiter esse approbatam, & consil. 159. Corradus Alber. in fi. Ioan. Calde. consil. 40. quædam mulieres, eodem titu. de testamen. Petr. Anchar. consil. 144. præfatis nominibus, in fi. Anton. Cardin. Floren. Panorm. qui hanc dicit esse communem opinionem, in cap. Raynaldus, colum. 6. de testa-

Trebellianica an deducatur in pias causas.

Communior hac in re opi.

testament. & consil. 59. viso testamento, colum. 2. versic. item ex alio capite, libro 1. vbi etiam dicit hanc esse communem opinionem, & consil. 32. circa duo dubia, colum. vlt. in 2. dubio, libro 2. vbi & dicit se vidisse consilia solennium Docto. in hanc sententiam, & esse communem opinionem Doct. vtriusque iuris, Rom. consil. 239. in hac re breuis ero, in 2. dubio, vbi hanc quoque dicit esse communem opinionem, à qua non est recedendum, neque consulendo, neq; iudicando, & consil. 276. visis dubijs, in primo dubio, & Pet. Anchar. consil. 8. hoc initio, difficultas quæstionis, ad fin. Paul. Cast. in l. cum dotem, in lect. Paduana. D. ad leg. Falcid. & consil. 304. primum dubium, col. 1. lib. 1. vbi ita dicit se semper tenuisse, & consil. 12. prima consultatio, col. 2. lib. 2. & consil. 438. de iure communi, in fin. eodem lib. 1. tamen non omnino asserit, & consil. 67. in causa præfenti, col. 2. lib. 2. & iterum consil. 102. videntur est primò, col. 2. lib. 2. & consil. 152. viso puncto, in quarto dubio, col. 1. & 2. & consil. 167. præsupposita pro vera, in prin. eo. lib. 2. & consil. 187. casum istum, ante fi. eo. lib. 2. & consil. 221. visis & consideratis, colum. vlti. eo. lib. 2. Pet. Bel. in speculo principium, tit. de materia executorum vltimarum voluntatum. §. videamus, columna vltima. Benedic. Capit. qui vbiq; dicit communiter teneri, consil. 18. cum viso & considerato, colum. penul. versic. quo ad Trebellianicam, & consil. sequen. etsi viso & considerato, in princ. & consil. 28. punctus, fuit quidam, colum. vltima, & consil. 32. punctus, casus talis est, versic. circa secundum, & consilio 54. punctus, quidam, Angel. col. 2. & consil. 61. cum visis & consideratis, colum. vltim. & consil. 66. punctus quidam Bernardus, colum. 3. & consil. 78. punctus Bonarellus, colum. 3. & consil. sequen. punctus, quidam Titius, in fin. & consil. 115. cum prout in facto, colum. vlti. Fran. Are. consil. 67. diligenter & maturè, colum. penul. Barb. consil. 58. illud adferam, colum. 5. lib. 3. & consil. 217. ponderatis his, ante fin. lib. 6. vbi dicit communiter in practica feruari, Soc. consil. 77. in præfenti consultatione, col. 5. versic. restat ergo vnum, lib. 1. & consil. 80. de duobus principaliter quæritur, colum. 5. versic. potest autem dubitari, lib. 1. & consil. 119. non potest negari, colum. vlt. eo. lib. 1. & consil. 144. diligenter considerata, colum. vlt. eod. lib. 1. & consil. 82. in causa vertente, col. pe. versic. sed difficultas, lib. 4. Corne. consil. 93. licet possit, col. 2. versic. deueniendo, lib. 1. vbi hanc dicit esse communem opinionem, & iterum consil. 168. in hac consultatione, colum. 4. versic. deueniendo ad tertium, eo. lib. 2. vbi etiam dicit ita communiter teneri, Iafon in rub. D. ad Trebel. Stepha. Bertr. consil. 149. viso testamento, in vltim. dubio, lib. 2. & Lancel. Polit. in d. l. filium quem, loco supra allegato, Phil. Dec. qui & hanc dicit communem, consil. 299. in causa mihi commissa, col. 2. versic. & aduerte.

Contraria prioris sententia.

Eaq; de iure verior

Legato in piam causam relicto, sub conditione mista, etiam non impleta conditione debetur, quamuis per hæ- redem non steterit, quo minus impleatur.

Quinquagesimo septimò, licet alijs semper non de- beatur relictum ante impletam conditionem, nisi per hæredem steterit, quominus conditio adim- pleatur. l. qui hæredi. §. ult. D. de condit. & dem. & l. hæ res, eod. tit. & l. 1. C. de his quæ sub mod. leg. & propterea deficienti conditione mista, legato adiecta ob ali- quem casum superuenientem deficiat legatum, in tes- tamento, la 2. D. de condit. & demonst. tamen si lega- tum fuerit relictum in piam causam, sub conditione m- sta, quæ non fuerit impleta propter aliquem casum for- titum, nihilo minus debetur legatum, etiam si non ste- terit per hæredem, per tex. loquentem in libertate, in l. libertate, iuncta gloss. D. de manum. testamen. & l. 2. C. de condit. infer. Et ita in specie uoluit Roman. singul. 282. tu habes quod quando conditio mista. Et pro- singul. reassumit Nicola. Eueral. in locis legalibus in loco à libertate ad causam piam, uerū. ultra præmissa istud facit. Adde & tu similem tex. in l. si peculium. §. is cui seruus. & in l. Stichum Attio. §. si Stichus Attio. D. de statu liber. & in l. cum ita datur libertas. D. de con- di. & demonst. qui etiam loquuntur in libertate. & in l. illis libertis, secundum lecturam Bar. D. de condi. & de- monst. & in l. 1. C. de lega. qui postremi tex. loquuntur in legato alimentorum, & posteriorem ad hoc expen- dit Paul. Cast. conf. 31. circa primum uidetur dicen- dum, colum. 3. uerf. item facit ratio, lib. 2. & illos quoq; ad omnem piam causam extendit ipse Rom. in d. auth.

similiter, in 27. speciali, & Soc. in d. regula 310. in 55. priuileg. & Franc. Are. conf. 93. consideratis, colum. 2. uerf. præterea etiam si dictus.

PRIVILEGIUM LVIII.

Defectus conditionis non impedit pe- titionem legati ad pias causas, mo- dò omnino legatum testator erat reli- cturus.

Quinquagesimo octauò, quod præcedenti simile est, licet, cum deficiat conditio merè potestatiua (quæ scilicet pendet ex facto grauati) ob casum quempiam impediens, deficiat & legatum, per tex. in l. centelimis. §. ult. & ibi Bart. D. de uerb. oblig. quæ ad hoc dicit singul. Franc. Are. d. conf. 93. Hoc tamen fallit in fauorem piæ causæ, per gloss. quam dicit singul. in l. 1. & ibi Angel. qui eam not. in l. et. Padua. C. de in- stit. & substit. quæ dicit, quod quando testator omnino erat legatum relicurus, defectus conditionis non im- pedit conditionem legati, hoc autem (inquit) præsumi- tur in legatis ad pias causas, per l. sancimus. C. de sa- cro sanct. eccl.

Conditio merè pote- statiua. Deficiente conditione deficiat le- gatum. Fauor le- gatorū ad pias cau- sas.

PRIVILEGIUM LIX.

Fauore piæ causæ, conditio in legatis, retrotrahitur.

Quinquagesimononò, licet alijs in legatis con- ditio existens non trahatur retrò, l. 1. §. serui. D. ad Syllan. & quod plenè not. in l. potior. D. qui po- ti. in pigno. hab. & in l. is cui. §. hæres. D. quemad. serui. amit. et per Bart. in l. si quis pro emptore. et ibi Roma. et alij. D. de usucap. et per Bal. in l. ult. §. sed quia nostra causa. C. commu. de lega. tamen fauore piæ causæ re- trotrahitur, per tex. in l. Neratius. D. de manu. testam. quem tex. loquentem simpliciter in libertate, transfert Roman. ad omnem piam causam. in d. authen. similiter 28. speciali, circa ultimas uoluntates, et Socinus in d. regul. 310. in 47. speciali.

Conditio in legatis nō retrotrahi- tur. Aliud in libertate.

PRIVILEGIUM LX.

Annua legati pii præstatio per mul- tum temporis inducit obligationem in futurum.

Sexagesimò, licet tempus non sit modus inducendæ obligationis, l. obligationum. §. placet autem. ff. de acti. et oblig. ideoque solutio diuturna non inducit obligationem in futurum, l. si certis annis. D. de pa- ctis, nisi quis alleget titulum, et probet solutionem decem annorum. Nam ex hoc satis intelligitur probat- us titulus, et cogitur aduersarius in futurum soluere, per l. cum de in rem uerso. D. de usur. tamen si in tes- tamento minus solenni fuerit annuum quidpiam reli- ctum piæ causæ, quod fuerit tribus tantum annis præsti- tum, huiusmodi triennalis præstatio inducit obligatio- nem in futurum tempus etiam de iure ciuili. Textus est singul. loquens in legato alimentorum, in l. 1. C. de fideicom. quam dicunt singul. Cyn. Bartol. Angel. et Paul. Cast. ibi, et valde notandam, ac perpetuò men- ti tenendam. Bartol. in l. 2. C. eod. Et illam ad omnem piam

Tempus non inducit ob- ligationē. Nec solu- tio diutur- na. Nisi proba- to titulo.

Secus si le- gato ali- mentorū.

piam causam trahit Ang. & Iafon, vterq; col. 2. & idem Iafon in d. l. 1. colum. 2. uerf. secundò extende. & hoc quoque sentiunt Bart. & omnes post eum, præter Salic. in d. l. si certis annis. Bart. in d. l. cum de in rem uerso. & ibi etiam Fulgos. & Flor. & Bar. in disput. in cip. mulier habens amplum patrimonium, col. pen. Imol. in l. si uero. §. de viro, colum. 12. D. solut. matr. Ant. in c. perue nit, col. 6. de censit. Mathesil. in tract. extensionum, col. 5. dum dicunt illam legem procedere in legato dotis, & alijs habentibus similem fauorem.

PRIVILEGIUM LXI.

In legatis ad pias causas relictis non nouissima, sed leuissima spectanda est conditio.

Ultima cō- ditio imple- tur in lega- tis. Nisi sint ad pias causas.

Sexagesimoprimò, licet alijs pluribus conditioni- bus disiunctim, diuersisque partibus testamenti eidem legato adscriptis vltima conditio debeat impleri pro legati consecutione, l. quod traditum. D. de con- dit. & demonst. tamen fauore piæ causæ non ultimam attendimus, non primam, non denique aliam, sed tan- tum leuiorem, per l. sub diuersis. D. eod. tit. & l. 5. & l. quod uulgo. D. de manumif. testam. & ita uoluit per il- lum tex. Rom. in repe. dictæ authen. similiter, in 29. spe- ciali, inter ultimas uoluntates. & Socin. dicta regula, in 48. priuilegio.

PRIVILEGIUM LXII.

Conditio deficientis primi gradus: quamuis non deficiat, nihil obest di- spositioni ad pias causas in secundo gradu.

Relictum sub conditio- ne deficientis primi gradus. Libertas sub conditio- ne datur cō- pedit etiā non impleta.

Sexagesimosecundò, legatum ad pias causas reli- ctum in secundo gradu, sub conditione deficientis primi gradus, debetur: licet non deficiat primus gra- dus, nec ideo fit locus secundo, tanquam fauore liber- tatis ab utroque relictum videatur: uerbi gratia, si testa- tor dixerit, Titius hæres esto, si Titius non erit hæres, Stichus hæres esto, Stichus liber esto. Certè Titio hæ- res existente, erit nihilo minus Stichus liber. Casus est singul. in l. 2. D. de manumif. testam. Id quod dicit mira- bile, & extendit ad omnem piam causam Roman. ubi supra in 30. speciali, ubi dicit, quod si quis eam legem ignoraret, facillè contrarium diceret. & Socinus ubi su- præ, in 49. speciali. & Philippus Decius qui etiam illum tex. dicit singul. conf. 182. in casu occurrente, colum. 8. uerf. & hoc in tantum procedit, ubi per hoc dicit, quod dispositio ad pias causas debet habere locum, li- cet non contingit casus secundū ordinationem testato- ris, & conf. 273. in casu proposito, col. 1. ubi per hoc di- cit, quod dispositio testatoris facta in vno casu, extendi- tur ad alium casum fauore piæ causæ.

Dispositio testatoris extenditur de uno ca- su ad aliū.

PRIVILEGIUM LXIII.

Per assignationem redditus ex certo a- liquo fundo piæ causæ tacitæ, is fundus censetur obligatus, & ad eum etiam po- test agi hypothecaria.

Pro redditu ex certo fundo assignatur actio hypothecaria, sed tantum competit per-

sonalis, per l. ult. in fin. D. de contrah. emp. & l. liberto, in princip. iuncta gl. in uerbo, vendita sint. D. de annu. lega. tamen si testator quispiam in fauorem piæ causæ assignauerit redditus ex aliquo fundo, censetur is fundus in quamcumque manum peruenerit, tacitè obligatus, & ad illum potest agi hypothecaria, etiam de iure Dige- storum, per tex. loquentem in alimentis, in l. 2. & ibi Bar. D. de alim. & cibar. leg. quem ita intelligunt gloss. Bar. & alij in l. Lucius, eod. tit. & in l. Caius. D. de an- nuis leg. & in l. cum hi. §. idem est, et si ager. D. de tran- fact. & in d. l. vltim. C. de contrah. emp. & Rom. conf. 388. in casu propositi thematis, colum. 2. & hoc expref- se uoluit in omni causa pia idem Rom. sing. 432. quæri- tur an testator. ubi per hoc dicit, quod si testator condi- to testamento alienauerit fundum, ex quo in eadem oratione in dispo fuerat legatum piùm persolui, nō per hoc extinguitur legatum, tanquam ea res non tã uideat- ur fuisse posita, ut ex ea solueretur legatum, quàm ut esset ad ipsum obligata, & hypothecata. Et hoc dicit se habuisse de facto Romæ in ecclesia S. Pauli ab vrbe, quæ sibi & alijs fuit commissā, & monet tenendū mēti.

gnato cōpo- sitū factum actio perso- nalis. Redi- as- gnati pia causa.

Legatum re- ditus nō e- manat a licentato fundi, ex quo debet solui.

Captato- riæ restitu- tio ualida. Etiā in tes- tamento militis. Secus si p̄s- causis. Libertas p̄s confer- ri in uolum- tatem al- terius.

PRIVILEGIUM LXIII.

Captatoriæ scripturæ non infirmant legata ad pias causas.

Sexagesimoquartò, licet alijs non ualeat captatoriæ institutio, l. captatorias, & l. illæ autē. & l. illa in liti- tutio. ff. de hæredib. instit. & l. captatoriæ. D. de lega. 1. idque etiam in testamento militis, l. captatorias. C. de testam. milit. ubi glo. & Dd. declarant, quæ dicitur cap- tatoriæ institutio: ualet tamen ad pias causas, per tex. in cap. cum tibi. & ibi gloss. & Dd. de testam. & in l. fidei commissi libertas in princip. & in uerf. sed & si. & ibi Ang. D. de fideicom. libert. ubi libertas, quæ pia causa est (ut sæpe diximus, & dicemus postea latius) potest conferri in uoluntatem alterius, & ita in omni pia causa uoluit Cyn. in l. senium. C. qui testa. fac. pos. Barto. in repe. l. 1. in 3. q. 5. quæstionis principalis. et ibi Francif. Are. colum. pe. in 2. priuilegio. C. de sacrosanct. eccl. et in d. l. captatoriæ. et ibi etiam Bald. Imol. et Iaf. D. de leg. 1. et in l. quidam, et in l. utrūm. §. cum quidam. D. de reb. dub. et in l. 1. et ibi etiam Bald. de lega. 2. et in l. Theopompus. D. de dote prælega. et conf. 5. uisa qua- dam petitione, in 2. dubio. et conf. 6. uiso testamento, in princ. Bald. in d. l. illa institutio. et ibi Ange. et Imol. de hæred. insti. idem Bald. in l. hereditas. §. si defueto. in 2. lect. col. 2. D. de peti. hæred. et in c. in causis, col. 1. de elect. et in c. auditis, ante fin. de procur. et in repe. c. si pater, in materia compendiosæ substitutionis, de tes- tam. lib. 6. et conf. 235. Bartholomæus legauit, lib. 1. et conf. 301. constitutio Patriarchalis, col. 3. lib. 2. et conf. 112. quæritur utrum præterita, lib. 4. et conf. 259. super primo puncto, eod. lib. 4. et in addi. Specul. tit. de instr. edi. §. nunc uero aliqua. uerf. quid si testator. Angel. in d. l. captatorias. D. de hæredib. inst. et conf. 97. Viuia nus, col. 2. uerf. secundò oportet uidere, et conf. 201. ui- so themate, in princip. et cōf. 328. consultatio prædicta, post princ. Pet. Anchar. conf. 144. præfatis nominibus, col. 2. Raph. Alex. Come. et Iafon in d. l. captatorias. C. de testam. mili. Raph. Cu. conf. 130. magister Ioannes, post princ. Panorm. conf. 32. circa duo dubia, col. 2. lib. 2. ubi dicit hanc esse communem opinionem, et Soc. conf. 53. in præcedenti consultatione, colum. vlt. lib. 1. & conf. 49. uiso instrumento, col. 3. uerf. et licet consea- tur, lib. 4. & Fran. Are. in l. 2. col. 2. in 2. not. D. de uulg. et pupil. subst. et Steph. Bertr. conf. 101. licet testamen- tum, num. 3. lib. 1.

Contraria opinionis aures.

Contrarium tenent Dyn. Cyn. Bald. sibi contrarius, & Saly. in d.l. captatorias, & Bald. in d.l. i. in lect. col. pen. vers. iuxta hoc quæro. & iterum in repe. col. 5. vers. iuxta hoc quæro incidenter. & rursus colum. penult. vers. super octaua quæstione. C. de sacro sanct. eccle. & in dicta l. captatorias. ff. de hæred. instit. Angel. Saly. & Rom. Alex. Franc. Aret. Corn. & Iason ante fin. in dicta l. captatorias. C. de testam. milit. & in l. & in epistola. C. de fideicom. & in l. executorem, col. 2. C. de exec. rei iudic. Petr. Ancha. in dicto c. cum tibi, de testamen. Sed quia res hæc admodum obscura est, & omnino versatur in intellectu dictæ l. fideicommissa libertas. D. de fideicom. liber. & dicto c. cum tibi, de testam. suntque etiam in eam rem multæ distinctiones: tu si hæc omnia scire vis, vide omnino Imol. in dicta l. illa institutio. & in dicta l. captatorias. D. de hæred. insti. & Firm. in tractat. de episcopo, in 1. 3. q. 4. partis, lib. 4. vers. quid si legatum fuit arbitrio tertij.

PRIVILEGIUM LXV.

Subrogatio executoris testamenti facta à testatore in legatis ad pias causas, valet: aliàs secùs.

Substitutio executoris testamenti.

Sexagesimoquintò, licet non valeat constitutio executoris testamenti ita facta, constituo talem executorem, & si nolit, vel non possit, volo quòd alium constituere possit, vt voluit Bartolus, & alij post eum in l. quidam relegatus. D. rebus dubijs, & Ioan. Andrcas post Lamber. Ramp. in ca. de procur. lib. 6. per textum in l. nulli. ibi, si specialiter designatus. C. de episcop. & cler. vbi & ipse Bald. cum similib. tamen fallit in executore relicto ad exequendum legata ad pias causas, secundum Raph. Cuma. in dicta l. quidam relegatus, per textum in dicto c. cum tibi, de testam. & hoc dicit ibi Barto. voluisse, idque etiam voluit Baldus, in ca. in causis, colum. 1. de electione. Sed tu de hoc vide omnino Socin. in dicta l. quidam relegatus, colum. penult. vers. tertia conclusio. Et hoc sanè ex eo dependet, quod disputauimus, an valeat dispositio captatoria in fauorem piæ causæ.

PRIVILEGIUM LXVI.

Legatum rei alienæ, etiam ignoranter à testatore factum, in pijs causis valet.

Legatum rei alienæ.

Sexagesimosexto, licet aliàs regulariter legatum rei alienæ ignoranter factum non valeat, nec teneatur hæres luere, l. non dubium. §. vltim. D. de lega. 3. l. cum alienam. C. de legat. & §. non solum. Instituit eodem, tamen valet iure ciuili, si fuerit relictum piæ causæ, per textum loquentem in libertate, in l. quidam ita. §. si quis filium. D. ad Trebellia. & l. Paulus, in princ. D. de fideicom. libert. quæ postrema iura loquuntur in libertate. & hoc quoque voluit expressè Bald. in d. l. i. in repet. colum. 1. 4. ver. super prima quæst. C. de sacros. eccles. vbi mouetur, quod legatum rei alienæ relicto coniunctæ personæ, etiam ignoranter, valet: & debetur æstimatio, per d. l. cum alienam. est enim Deus pater noster, Ecclesia mater nostra, vt est text. licet non alleget, in c. qui abstulerit. 1. 2. q. 2. & in c. si quis irascitur. 1. 3. q. 2. Et idem voluerunt Raph. Fulg. Paul. Cast. & Alex. in d. l. cum alienam. et Raph. Cum. et Alexan. (vbi vide Aretinum) et Iason in l. si domus. §. de eui-

Aliud in libertate.

Legatum rei alienæ relicto coniunctæ personæ.

ctione. D. de lega. 1. & Imol. in c. filius, de testam. ita etiam in hanc partem consuluit Rom. nulla Bald. mentione facta, conf. 2. 3. 5. quò ad primum, col. 2. vers. vltimò videndi. vbi dicit hanc esse veram, & nouam conclusionem. & in d. auth. similiter, in 10. speciali, vers. sic. sed quartò, quod ipse verum dicit.

Contrarij sententia.

Contrarium tenent gl. Imol. Hostien. Tancred. Ant. Card. Panorm. & omnes in dicto c. filius. vbi illum textum aliter, & in contrariam sententiam, varijs tamen modis intelligunt. & Panormit. latè in repet. c. cum efes, colum. 8. vers. venio ad quæstiones, & multis seq. de testam. & Iason in dicta l. cum alienam, colum. penultime. C. de legat. respondentque Panorm. & Iason ad illam rationem Baldi, quod textus in dicta l. cum alienam, debet intelligi de coniuncta persona ratione sanguinis, & non de alia coniunctione, per not. in ca. nonnulli, de rescrip. & in c. 1. de procur. lib. 6.

Responsio ad d. l. cum alienam.

Autoris sententia.

Sed tu tene primam opinionem, tum perid quod dictum est de libertate, tum etiam per textum in dicta l. cum alienam, in illis verbis, nisi proximæ personæ, vel vxori, vel alij tali datum sit, cui legatarius etiam si scisset alienam rem esse. Per quem textum voluerunt ibi Guil. Cu. Fulg. Paul. Cast. Alex. & Iaf. ibi, idem esse in amico, quod in consanguineo, cum concord. alibi à metraditis, sed anima est charior pretiosiorque omnibus consanguineis, & ipso corpore, per l. sancimus. C. de sacros. eccles. ideoque magis verisimile est, testatorem id legatum fecisse piæ causæ, etiam si rem alienam sciuisset, quàm coniunctorum contemplatione.

Anima charior corpore.

PRIVILEGIUM LXVII.

Re communi ad piam causam legata, tenetur socius suam partem vendere.

Sexagesimosextimò, licet legatum rei alienæ non oblit domino, nec propterea teneatur ipse dominus rem suam vendere, vt patet ex iuribus supra in prin. præced. cap. allegatis, quod & procedit in re communi, vt patet ex l. 5. §. 1. & §. 2. D. de leg. 1. Nemo enim ex socijs plus parte sua alienare potest. l. nemo ex socijs. ff. pro socio. Potest tamen socius rem communem legare ad piam causam, ita vt socius teneatur vendere, per l. vltim. loquentem in libertate. & ibi Bald. qui illam trahit ad omnem piam causam. C. de com. ser. manu. Et idem quoque voluit Firm. qui ad hoc alia iura allegat in tractatu de episcopo, in 3. quæst. 4. partis, lib. 4. vers. addo hic aliud.

Dominus non cogitur rem suam vendere propter legatum. Idem in re communi. Nullus sociorum plus parte sua alienat. Nisi ob legata ad pias causas.

PRIVILEGIUM LXVIII.

Testamento præteritione filij irrito facto, relicto pro vsurarum restitutione & malè ablati, nihilo minus debentur.

Sexagesimo octauò, licet maximum dubium sit apud nostros Iuris Interpretes, an auth. ex causa. C. de liber. præte. qua cauetur testamento quantum ad institutionem, irrito facto ob præteritionem filij, legata manere firma, procedat, si testator ignorabat se habere filium: quod multis placet, vt ita procedat per dictam auth. ex causa. & l. filio præterito. D. de iniusto rupto & irrito fact. testa. vt & latè diximus in nostra repet. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus. C. de reuocã. donat. tamen stante opinione, quæ dicit non procedere, &

Auth. ex ca. C. de lib. præte. am hæt locu, si testator ignoret se habere filium. Qui id sciunt. Qui tenet contrarij. Limitatio contraria opinionis.

Prima causa vitas à se ipso.

Contraria opinionis aures. Perignoraui testatoris deficit eius voluntas.

Autoris hac de re sententia.

re, & ita legata etiam illo casu esse irrita: eam opinionem sic limitabis cum plerisque, vt non habeat locum in legatis, pro malè ablati & vsurarum restitutione, & alijs id genus, & ita ad pias causas, vt expressè voluit Bald. & post Ange. & Imo. in dicta l. filio præterito, moti quia verisimile est testatorè illa reliquisse, etiam si sciuisset se habere filium, quia prima charitas incipit à seipso. l. præses. D. de feruitu. & anima cunctis rebus est præferenda, per dictam l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. & hoc quoque voluerunt ipse Ang. Imo. & Fran. Aret. in l. Titius in prin. D. de liberis, & posthu. Ang. in l. militis codicillis. §. miles in supremis. D. de test. mili. Ang. Pau. Ca. & Alex. Corneus & Iaf. in d. auth. ex causa. Io. Ana. conf. 29. visis & ponderatis, col. pen. Bar. in repetitio. l. cum acutissimi, charta pen. C. de fideicom. & Fran. Aret. conf. 92. uiso legato, col. 1. & Iaf. in l. precibus, col. 5. C. de impuber. & alijs substituit.

Contrarium tamen tenuit Bar. in repetitio. l. 1. in 2. q. 5. q. principalis. C. de sacrosan. eccles. motus quia cum ignoraret testator se habere filium, deficit voluntas illius: non est enim verisimile, quòd reliquisset, si sciuisset, per l. si vnquam. C. de reuocan. dona. si ergo per illum textum ea ratione reuocatur donatio perfecta, multò magis legata. & hoc quoque videtur voluisse Bal. ibi, in repetit. col. antepen. vers. super quarto quæsto, licet quantum ad eam quæstionem non cõueniat cum Bar. Et idem Bal. in l. 1. col. pen. vers. vltius quæritur. C. de inoffi. dona. Paul. Ca. qui tamen distinguit inter legata magna, & parua, in l. sicut certi, post prin. C. de testa. mili. Alex. in additio. Bar. in d. l. 1. col. pen. C. de sacros. eccl. Tu omnino sequere primam opinionem in relictis pro vsuris & malè ablati, in quibus omnes ferè loquuntur, quos pro prima parte allegauimus, de alijs autem pijs causis. tibi cogitandum relinquimus. Quin & Bal. in d. l. 1. C. de sacrosan. eccl. in lectu. col. 4. vers. modò venio circa voluntatem, nuncupatum distinguit inter relicta pro restitutione malè ablatorum, & alia relicta pijs causis facta, vide Bar. conf. 204. cæcus condidit testamentum, ante fi. & quæ diximus in repeti. d. l. si vnquam, in verbo, libertis, in quæstione de donatione facta ecclesiæ.

PRIVILEGIUM LXIX.

Pia causa vulgariter substituta filio impuberi, excludit matrem à legitima.

Tacita pupillaris contenta sub expressa vulgariter non excludit matrem. Nisi pia causa sit vulgariter filio impuberi substituta. Maior est præsumptio pro anima testantis, quàm pro matre.

Sexagesimononò, licet ex communi opinione substitutio tacita pupillaris contenta sub expressa vulgariter non excludat matrem in medio existentem, secundum gl. & ferè omnes Doctores in l. precibus. C. de im. pube. & alijs substitit. & planè Doctores in l. 2. D. de vulga. & pupilla. fallit tamen quando testator substituisset vulgariter piam causam filio impuberi, quia tunc tacita pupillaris, quæ continetur sub expressa vulgariter, matrem excluderet, ex verisimili & præsumpta mente testatoris, qui præsumitur magis dilexisse animam suam, quàm matrem, cum prima charitas incipiat à seipso. Ita expressè voluit Angelus in dicta l. precibus, col. 2. vers. idem credo, si pauperes Christi, in lectu. Perus. & ibi Paulus Castren. colum. 4. qui hoc reputat nota. Alexan. colum. 2. qui hoc dicit esse menti tenendum, & valde notabile. Socinus & Iason colum. 5. qui hoc dicit singul. & esse de panelucrando, nec reperisse contradicentem, & Alexan. conf. 38. viso themate, colum. 4. vers. sic igitur, libr. 1. & conf. 66. viso testamento: colum. 3. vers. vnde dicit Angel. & iterum vers. item non potest, lib. 2. vbi hoc dicit nota. & conf. 1. 2. attentis verbis testamenti, colum. 9. vers. non mirum, lib. 3.

& conf. 62. super eo quæritur, colum. penult. in fin. eodem lib. 3. & confil. 5. 1. in casu præsentis, colum. 3. vers. decimò, lib. 7. & Francisc. Aret. conf. 1. 5. 5. periculosum est, ad finem. & Philip. Decius in cap. in præsentia, col. 30. de probatio. & conf. 182. in casu occurrente, colum. 3. & ante omnes voluit Barto. quem nullus horum allegat, conf. 243. fuit quidam de Assisio, col. 3. vers. sed in casu, & etiam Bal. à nullo citatus conf. 457. viso testamento Ioannis, lib. 2.

Restrictio pro rebus malè ablati. Alij generaliter in omni pia causa intelligunt.

Hoc tamen limitat Francisc. Aret. vbi supra, vt procedat tantum, quando testator substituit pro exoneratione conscientia, videlicet pro rebus malè ablati, aliàs non procedit, vt dicit patere ex verbis Angel. in dicta l. precibus, qui verè nominatim in his terminis loquitur. verum Iason ibi, quo loco nuper citauimus, putat generaliter procedere, quotiescunq; substituitur pia causa: quia semper id censetur fieri pro anima testatoris, ex nota, per Bartol. in dicta l. 1. in 2. & 3. quæstio. 2. quæstionis principalis, & ibi etiam per Bald. & alios. C. de sacrosanct. eccles. & sic semper locus est rationi adductæ per Angel. quòd magis præsumitur testator dilexisse animam quàm matrem: sed & limitat Francisc. Aret. alio modo, quem non approbat Iason vbi supra, vtrumque vide.

Contrarij in matre sententia. Mater non dicitur priuare hæreditate se sibi debita. Responsio ad contrarij.

Sed quamquam Iason (vt iam diximus) asserat se non reperisse contradicentem, tamen Cornæus qui ante illum scripsit, & in eo ipso loco, videlicet in dicta l. precibus, colum. 2. contrarium apertè voluit, motus quia mater non debet priuari hæreditate sibi debita, & ecclesia institui, per cap. vlt. 1. 7. quæstio. vltim. vbi probatur quòd non est meritorium, imò potius damnabile relinquere ecclesiæ, et priuare filium hæreditate paternæ, sicut et per illum textum dicit glo. 3. in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. et cler. quod et similiter dicendum est de matre, argument. l. nam et si parentibus. D. de inoffic. testamen. libro sexto, videlicet ut non debeat priuari legitima, ex pupillari etiam expressa, dicens quòd dictum c. vlt. procedit de iure poli, & dictum cap. si pater, et alia iura similia disponentia matrem priuari legitima per pupillarem expressam, procedunt de iure poli. Et sic sentit quòd sit potius contra animam, quàm pro anima substituere pupillariter piam causam, vt excludatur mater: hæc Cornæus ibi qui & idem voluit conf. 322. ardua plurimum, colum. penult. vers. nec obstat quòd in casu nostro, libro 3. Tu autem iterum vide Barto. conf. 1. 5. pater habens filium.

PRIVILEGIUM LXX.

Tempora distincta & interpolata coniunguntur fauore piæ causæ, etiam contra expressam testatoris uoluntatem.

Septuagesimò, licet non sit discedendum à verbis set voluntate testatorum, ut de primo est textus in l. non aliter. D. de legatis 3. de secundo, in l. ex factis pro ponebatur, D. de hæredibus instituendis, & l. in conditionibus, in princip. D. de conditio. & demonstrationibus, et l. cum quæstio, in fine. C. de leg. tamen fauore piæ causæ tempora interpolata coniunguntur etiam contra expressam testatoris uoluntatem, per textum in l. Paulus respondit. §. Caius. D. de liberali causa, quem ad hoc dicit singula. Roman. in dicta authent. similiter, in 32. speciali, qui & ad hoc dicit bene face re l. fideicommissaria libertas, la 1. §. vltimo. D. de fideicommiss. liberta. Vnde ait per dicta iura, si piæ causæ relicta sint prædia sub conditione, si continuus annis

Seruandū est verbis & voluntati testatoris. Pro piæ causæ interpretatū dū est etia contra uoluntatem testatoris. Tempus conuincit quòd in sibi casu sit nunciatum sit.

aninis aliquid fecerit, tamen consequetur legatum, si ex pluribus diuersis separatisq; temporibus, simul inuicem coniunctis resultet perfectum tempus, licet non fuerit continuu. Romanus in l. si stipulatus. D. de verborum obligationibus, Franciscus Aret. in cap. vi. de iudic. & Socinus in dicta regul. 310. in quinquagesimo priuilegio, & facit quod voluit gloss. & Bald. in l. 1. C. si mancipitata fuerit alie.

PRIVILEGIUM LXXI.

Tutor per recusationem tutelae non perdit legatum piae causae restitutus.

Septuagesimo primo, licet aliis datus tutor, cui aliquid legatum est, perdat legatum, si tutelam recusat, l. qui tutelam. D. de testament. tute. l. Nefennius. D. de excusat. tuto. l. post legatum. §. amittere. D. de his quibus ut indig. l. pe. C. de leg. fallit tamen ubi aliquid legatum esset, quod postea tutor esset piae causae restitutus, quia tunc per recusationem tutelae non perdit legatum. l. Thais ancilla. §. Seio. D. de fideicommiss. libert. secundum Dynum, qui id dicit esse speciale fauore pietatis, & ita etiam voluit Socinus in dicta regul. 310. in §. speciali. Sed Romanus in dicta authent. similiter, in trigesimo quinto speciali, hoc reprehendit, dicens esse generale in omni legato, quod tutor destinatus est alteri restitutus, per l. legatarius. D. de excusat. tuto.

PRIVILEGIUM LXXII.

Legata pia detrahuntur vt res alienum: ob patrimonii tamen defectum diminuuntur.

Septuagesimo secundo, licet etiam legata diminuantur pro rata, vt omnibus sufficiant. l. si quis testamento. §. apud Iulianum, & ibi Docto. D. de lega. 1. veluti si vnum sit in specie, aliud in genere, quando aliis non sufficiunt ad pia legata, vt voluerunt Dyn. Ange. Ioan. Por. Paulus Castren. in lectu. Bono. & Alexan. in l. querebatur. D. ad leg. Falcid. & Barto. in l. 2. §. 1. vbi est bonus tex. D. de condit. indebi. & Paul. Cast. in l. procuratoris. §. si plures. D. de tribu. act. & Raph. Cu. in l. filiusfamilias. §. apud Marcellum. D. de lega. 1. Legata tamen pia ante omnia deducuntur, tanquam res alienum, etiam si alijs legatis non pijs bona non sufficiant, vt voluit Oldr. conf. 200. inci. proposita fuit & Bar. loquens in legato dotis, in l. 3. §. 1. D. de priuileg. cred. & Paul. Cast. r. & Ioan. Por. in l. si quis testamento. §. apud Iulianum. D. de lega. 1.

Contrarium tamen tenet Bartol. in authentic. similiter. C. ad leg. Falcid. vbi dicit, quod licet legata pia detrahuntur vt res alienum, per l. si seruus. D. ad legem Falcid. tamen hoc procedit quantum ad Falcidiam, sed vbi non suppetunt vires patrimonij, certe diminuuntur, sicuti alia legata: quemadmodum dicimus in testamento militis, in quo bene cessat Falcidia, tamen diminuuntur propter defectum patrimonij, per textum expressum in l. si post missionem. D. eodem titul. Et etiam videmus (inquit) quod huiusmodi legata ad pias causas minuuntur propter debitum iure naturae, per not. in l. si quis ad declinandam, C. de episcop. & cler. hae. Bart. ibi.

PRIVILEGIUM LXXIII.

In pijs legatis iurifurandi conditio remittitur: nihilo minus parendum est conditioni.

Septuagesimo tertio, quamuis rejiciatur conditio iurifurandi adscripta legato, non tamen rejicitur id quod est in conditione positum. l. quae sub conditione §. quoties. D. de conditio. institut. & nota, in l. haec scriptura, in princip. D. de conditioni. & demonstrat. tamen ad pias causas contrarium omnino obseruatur, vt videlicet in illis non remittatur conditio iurifurandi, sed remittatur id quod in ea conditione est positum. l. si quis libertatem, cum sequen. D. de manumiss. testament. & apertus in l. si quis ita. §. qui ita. D. de statu. lib. & not. per illos tex. Rom. in dicta authent. similiter, in §. specialis. & Socin. dicta regula 310. in §. 2. priuilegio.

PRIVILEGIUM LXXIII.

Modus adscriptus legato ad pias causas in fauorem legatarii, habet vim causae finalis.

Septuagesimo quarto, quamuis aliis modus appositus legato, in fauorem eius cui legatum relinquatur, censetur in se continere causam impulsivam, adeo quod non est necesse praestare cautionem de eo implendo. l. Titio centum, in secundo responso. D. de conditio. & demonstratio: tamen si apponatur legato facto ad pias causas, etiam in fauorem eius cui relinquatur, censetur habere causam finalem, vt est textus in l. si ego, in principio. de iure dotium, & in l. si quis de redemptione, C. de donation. quos ad hoc ponderat Bartol. in l. 2. §. vltim. in princip. D. eodem tit. de doatio, ideo est praestanda cautio, per dictam l. Titio, in secundo responso, secundum Romanum vbi supra, & Socin. vbi supra in §. 6. speciali.

PRIVILEGIUM LXXV.

Dispositio ad pias causas non vitiat ob conditionem impossibilem, quam tutor putabat possibilem.

Septuagesimo quinto, licet aliis conditio impossibilis, quam testator putabat esse possibilem, non habeatur pro impossibili: ideo eo defuncto, deficit & legatum, & ita non vitiat, sed vitiat dispositionem, per textum singul. in l. seruo manumisso. D. de conditio. indeb. fallit tamen in legato relicto piae causae, vt singul. voluit Iason ibi. colum. 2. versicu. quinto limita, & versicul. tu ex hoc collige. motus, quia dispositio libertatis, a qua, vt iam saepius diximus, argumentari possumus ad piam causam, non vitiat ob conditionem impossibilem, quam testator putabat esse possibilem. per tex. in l. cum tale, §. falsam conditionem, & ibi gl. D. de condit. & demonstrat. & voluerunt Rom. & Fran. Aret. in l. impossibilem, ff. de verb. oblig.

PRIVILEGIUM LXXVI.

Fideicommissa pia per mortem haeredis, uiuo testatore & sciente, non expirant.

Septuagesimo sexto, licet fideicommissum expiret si haeres moritur uiuo testatore, & sciente, & non mutante testamentum, leg. tractabatur, D. de milit. testamen. & Bart. in l. 1. col. 1. 2. uerfi. vltimus quaro. D. de vulga. & pupilla. in l. si pater, in 3. oppo. D. eodem tit. vbi dicit hoc omnino procedere in pupillari substitutione, cum similibus. Fallit tamen in fideicommissio pio secundum Baldum in leg. eam quam. in 7. quaestio. in lectura antiqua, C. de fideicommiss. prout illum allegat, & sequitur Firmianus in suo vberis lexico, in uerbo, fideicommissum pium, versu. 2. & iterum in uerbo, fideicommissum expirat, uerfi. 8. Quod ex parte hinc pendet, quod alibi tractauimus, an legata pia debeantur non adita haereditate.

PRIVILEGIUM LXXVII.

Posterior euentus non infirmat, ante motam falsi testamenti quaestione, datam libertatem.

Septuagesimo septimo, licet cum quid ex testamento solutum sit, quod postea falsum vel inofficiosum, uel irritum vel ruptum apparuerit, repetatur, l. 2. §. si quid ex testamento. de conditio. indebi. Fallit tamen in legatis ad pias causas, ut voluit Bald. in l. 2. C. de fideicommiss. libert. per illum textum, qui loquitur in libertate, de quo tamen dubitat Iaso. in dicto §. si quid ex testamento, in prima nota. quia non est (inquit) eadem ratio & libertatis, & aliarum primarum causarum, cum libertas sit irreuocabilis.

PRIVILEGIUM LXXVIII.

In bonis aduentitijs testamenti faciendi filiusfamilias ius non habet, quauis pater ei permittat: nisi velit ad pias causas testari.

Septuagesimo octauo, licet aliis filiusfamilias non possit testari in aduentitijs, etiam cum consensu patris, l. qui in potestate, D. de testamen. leg. senium, in fin. C. qui testamen. facere poss. & ibi gloss. quae huius rei rationem reddit, potest tamen testari ad pias causas cum consensu patris, vt uoluerunt Cynus, Bal. Angelus, Salyce. Rom. Alex. in d. l. senium, Bal. in d. l. qui in potestate, & ibi etiam Angel. D. de testam. idem Bal. in leg. 1. §. sed & si filius. D. de lega. 3. & in l. haereditas. §. si de functo, in secunda lectura, col. 2. D. de petitio. haeredita. vbi hoc dicit procedere in foro ecclesiastico tantum, & in repet. l. 1. col. 3. uerfi. nono quaro. & ibi Fra. Aret. col. vlt. in 17. priuilegio, C. de sacrosan. eccle. uide Bar. in dictis locis, & in l. illa institutio. D. de haereditibus instituen. & in l. captatorias. C. de lega. Fede. Sen. confil. 194. habuistis, & conf. 268. alijs 368. quonia ueritas, Io. Cald. confil. 10. in titu. de testamen. Angel. in d. l. qui in potestate, §. 1. D. de testam. Imo. in ca. 2. col. 2. de testa.

Imo. & Domini. in cap. si pater. eodem titu. lib. 6. alijs in cap. licet. §. uult. de sepultur. libro 6. Roman. in leg. penul. C. qui test. facere poss. Panorm. in rub. extra de testam. colum. pen. & Lanc. Calca. confil. 1. 2. ad primum dubium, col. ult.

Mouetur hi primum per illud generale, quia ea quae nutu Dei aguntur, non sunt sub lege, capit. licet. de regu. c. duae sunt. 19. q. 2. Et hoc maxime procedit in legatis ad pias causas, in quibus non attenditur aliqua prohibitio, seu dispositio iuris Ciuilis, sed tantum iuris Canonici, ut per Bart. late in repet. l. 1. in ul. q. C. de sacrosan. eccl. & saepius supra diximus. Secundo, per textum in contrario sensu in d. c. licet. §. uult. de sepul. li. 6. iuncta gl. in uerbo, iudicare, quae intelligit tex. generaliter in quacumq; uoluntate. Et si Papa ibi intellexisset de donatione causa mortis, id expressisset, & ad audientiam, de decimis. Et etiam si intelligeretur ille tex. de huiusmodi donatione facta pro anima, ibi positum esset superfluum: quia filiusfamilias, cum consensu patris potest in distinetu, nedum pro anima, donare causa mortis, etiam non piae causae, l. tam is. §. 1. D. de donatio. causa mort. l. filiusfamilias, §. pari. D. de donat. Et quia etiam ille tex. generaliter dicit iudicare, ideo & generaliter est intelligendus, etiam si corrigatur, ius ciuile, quia ubi tractatur de fauore animae, uel piae causae, etiam in correctorijs licita est extensio, ut patet ex no. per gl. & Bar. in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. uend. cu concord. quas adducemus infra. Praeterea quando lex, uel alia dispositio nihil operaretur in sensu directo, vt est in d. c. licet, tunc licitum est fumere argumentum a contrario sensu, etiam ad correctionem iuris conuentionis gl. in l. nulla, iuncto tex. C. de episcop. & cler. cum concord. quas alibi adferam. Quinimo fumendo argumentum a contrario sensu ex dicto cap. licet, non erit correctio, sed potius limitatio iuris communis, quae fieri potest regulariter a contrario sensu, ca. cum dilecta. §. nos igitur, & ibi Panorm. de consir. uti. uel inuti. & ca. post translationem. §. quanquam, & ibi Barto. de reuoluta. Item in eo textu haec sunt uerba apposita, quod filiusfamilias, non potest iudicare pro anima, praeter patris consensum. At quando omnino negatiua praecedat dictionem, praeter ea dicitio stat includit, l. nam quod liquidat, §. ult. D. de penu. lega. & declarat Barto. in leg. actio ne, C. de transact. & in l. si eum. §. qui iniuriarum, D. si quis cautio. Ergo is text. non a contrario, sed potius sensu directo probat filiumfamilias posse cum consensu patris testari: & hanc quoque partem fallit exceptio appositae in dicto cap. licet, in uerbo, nisi peculium castrense, uel quasi habeat. Nam exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, l. quaesitum, §. denique, D. de fun. instructo. & no. gloss. in l. his uerbis, D. de leg. 3. & declarat quo casu loquatur l. nam quod liquidat. §. ultimo D. de penu leg. Ideoque illa exceptio, quae ita conuenit testamento, sicut donationi causa mortis, declarat quod illa uerba, iudicare & c. apposita in regula praecedenti non solum procedunt in donatione, sed etiam in testamento. Item quia in dubijs sequenda est opinio quae est pro pia causa, l. sunt personae, D. de relig. & sumpt. fun. & infra latius dicemus. Denique ob id praecipue prohibetur filiusfamilias testari etiam de consensu patris, quia testamentum ex alieno arbitrio non potest pendere, l. illa institutio. D. de haeredit. in fin. Sed ea ratio cessat in testamento ad pias causas, quod potest ab alieno pendere arbitrio, ut no. in c. cum tibi. de test. cum concord. supra traditis in priuilegio 64. ubi de captatoria dispositione differuimus.

Contrarium tamen tenent Archi. Io. And. & Petrus Auch. in dicto c. licet, de sepul. lib. 6. & idem Ioan. And. in cap. si pater, in prin. de testamen. eo. lib. Petr. Peru. & Pertus Anch. in c. 2. eo. tit. Imo. & Fran. Aret. in d. l. qui in po-

Rationes huius obis. Quae nutu Dei aguntur, non sunt sub lege.

Filiusfamilias, potest in distinetu donare causa mortis.

De his praeter sonnum quam includitur.

In dubijs magis fauenda est pia causa.

Tutor tute la recusat. Legatum in tota pia causa restituitur.

Legata diminuantur pro rata.

Legata pia ante omnia deducuntur.

Contrario opinionis in thores.

In testamento nulli non habet locum. Falcidia.

Mors haeredis uiuo testatore & sciente reddidit fideicommissum caducum. Aliud in fideicommissio pio.

Conditio in iurifurandi a scripta legato. Eadem pijs legatis adscripta.

Modus adscriptus legato in fauorem legatarii cominet causam impulsivam. Secus in libertate. Libertas irreuocabilis.

Conditio impossibilis, qua testator putat possibilem. Argumentum a libertate ad piam causam.

Repetitur sanquam indebitum solutum ex falso uel rupto testamento. Secus in libertate.

Filiusfamilias non potest testari in aduentitijs. Ne quidem cum consensu patris. Aliud in testamento ad pias causas.

Contraria primo. au-
thores.
Rationes
eorum.
Respon-
sio ad ob-
iecta.

in potestate, in prin. D. eod. titu. Idem Imo. in dicta leg. tam is. §. 1. D. de donat. causa mort. Ful. & Iafon, qui dicit hanc partem esse ueriores in puncto iuris, licet à prima iudicando & consulendo non auderet recedere, in dicta leg. senium, C. qui testa. fac. poss. idem Fulg. in dicta leg. 1. ad fin. C. de sacrosan. eccl. Panormit. con filio 63. uidetur primò dictum legatum, col. 3. uer. quar to adduco, lib. 1.

Oratione-
gatima in-
definitè po-
sita, aequi-
poller uni-
uersali ne-
gatiua.

Mouentur hi primùm tex. vulgatis prohibentibus filiū familiās testari etiam cum consensu patris, & potissimum in dicta leg. senium, in uerbo, nullo modo: à quibus iuribus non reperitur excepta pia causa. Nam quod ad dictum cap. licet. attinet, non debet ex eo sumi argumentum à contrario sensu ad correctionem iuris communis, per tex. in l. 2. & ibi Bal. C. de condi. infer. cum similibus, & cum ibi dicitur, pro anima, debet subaudiri, maximè. Quin si bene is text. consideretur, non id etiam probat à contrario sensu. Nam ibi est omnino negatiua, quod filius non potest aliquid iudicare pro anima. In illa ergo oratione negatiua uerbum, iudicare, inde finitè positum aequipolleret uniuersali negatiuæ l. si pluribus. D. de leg. 2. Et sic ea omnino uniuersaliter id comprehendit quòd nullā speciem ultimæ uoluntatis potest filius familiās facere sine consensu patris & sic nec testari, nec codicillari, nec donare causa mortis. At si sumas argumentum à contrario sensu, omnino affirmatiua non aequipolleret uniuersali. Ratio diuersitatis ea est, quia primo casu tu non offendis ius, secundo casu sumendo argumentum à contrario sensu, uniuersaliter offendis, quia sic sequeretur, quòd cum consensu patris possit testari: quòd fieri non potest, per leg. discretis, in fin. C. qui testa. fac. pos. & per l. ult. §. filijs autē. C. de bon. quæ lib. Nam in d. leg. discretis, dicitur, quòd mutus à natura, uel ex accidente, si sit peritus literarum potest omnia sine aliquo obstaculo facere, id est, testari & codicillari & tamen à contrario sensu non intelligitur, quòd si non sit peritus literarum nihil possit. eorū facere, quinimò potest codicillari & legare. leg. nutu, & ibi do. D. de l. 3. At in dict. §. filijs autem, dicitur quòd si lijs familiās non datur potestas testandi, nec aliter disponendi de aduentitijs, quorum usus fructus acquiritur patri sine uoluntate patris: & tamen ibi non sumitur argumentum à contrario sensu uniuersaliter, uidelicet, quod cum uoluntate patris poterit testari: quia esset contra l. pen. & ult. C. qui testa. fac. pos. secundum communem opinionē Docto. ibi. Et ut hoc uerbo cum Iafone aliter declarem, contraria uniuersali negatiuæ est particularis affirmatiua, non autem uniuersalis, ut si dicam, si Imperator uelit, nonnullus ibit: & sic aliquis, non autem omnes ibunt. Et alia quædam adfert Iaf. in d. l. senium, ex sua ipsius moneta, quæ ibi omnibus uidere licet: alia quoque Philip. Fran. in rub. de testa. col. 19. uerfi. sextò quæritur, cum multis seq. lib. 6.

Non etiā
affirmati-
ua.
Diuerfitas
ratio.

Mutus li-
terarū per-
itus potest
testari.

Sunt & qui aliās in hac re sententias habeant. Bartol. enim (nihil adhuc de eo diximus) non satis sibi constat. Nam primùm in repet. d. l. 1. in 3. q. 1. patris princ. C. de sacrosanct. eccl. dicit, quòd in bonis aduentitijs, in quibus quæritur usus fructus patri, ut fit regulariter, potest filius familiās testari ad pias causas cum consensu patris. in alijs autem, quæ pleno iure ad filium pertinent, & quæ enumerantur per gloss. in auth. excipitur, C. de bonis quæ lib. potest ipse filius testari ad pias causas, etiam sine consensu patris, per tex. in d. l. 1. in uerbo; liber. inducendo ut ipse facit. Et hanc opinionem sequitur Imo. sibi contrarius in d. c. 2. de testa. & Rom. in repet. dictæ auth. similiter, in 19. speciali, inter ultimas uoluntates, ubi ad hoc quædam alia allegat, & Paul. Cast. conf. 101. ad primum quæsitum uidetur respondendū, in 2. dubio, lib. 2. Verùm idem Bart. in d. l. qui in potestate, in fin. prin. D. de testa. dicit totum omnino contra-

Contraria uniuersalis negatiua est particularis affirmatiua.

Alij rursū aliter opinio.
Bar. hac de re dissimilio.

rium, uidelicet quòd in bonis aduentitijs, in quibus nõ quæritur usus fructus patri, potest filius familiās cum uoluntate patris testari ad pias causas, cum in alijs nõ possit, & hanc quoque opinionem sequitur Pau. Cast. in d. l. senium, C. qui testa. facere poss. Sed hæc duæ opiniones Bart. & sequacium passim, & ubique ab omnibus ferè reprobantur: aliæ duæ sese ubique tutantur, nec altera cedit alteri, fatentur tamen omnes, primam esse communiorem, & æquiorē, plerique secundam esse ueriores, si iuris rigorem spectes. Ego potius primæ accefferim, rationibus supra allegatis.

PRIVILEGIUM LXXIX.

De iure communi inhabilis ad testandum ad pias causas testari non prohibetur, si nõ sit defectus intellectus, uel damnatus ad mortem.

Septuagesimononò, proximo priuilegio conuenit, quòd & cæteri alijs inhabiles de iure communi ad testandum, possunt tamen testari ad pias causas, ut uoluit Bart. in repe. d. l. 1. col. 2. uerfi. uenio ad secundū, & iterum col. 3. uerfi. de personæ relinquentis. C. de sacrosanct. eccl. per tex. ibi, in uerbo, vnusquisque, & alijs quibusdā rationibus, quibus & alias adijcit Iaf. in utraque lectu. ubi tamen contrariam partem sequitur: quas quidem rationes huc adscribere superuacuum esset, cum pateant omnibus.

Sed contrarium innuit gl. ordin. in d. l. 1. quæ illi dictioni, vnusquisque, hanc adijcit, habilis, & ibi Cyn. Guliel. Cu. ipsemet Bar. deridet. Saly. col. 6. & quinque sequen. ubi in hanc partem adfert decem rationes, Fulgo. Pau. Cast. & omnes recentiores, idem Bar. in l. 1. §. nunciatio, col. 3. ff. de oper. noui nunt. & in l. omnib. D. ad Treb. & in l. non dubium, col. 3. C. de legib. Bal. con filio 448. quæritur in primis, col. 1. lib. 1. Alex. consilio 182. super eo de quo quæritur, in fin. libr. 5. & hæc est communis opinio.

Sed si primam sequaris, eā haud dubiè limitabis non procedere in his, in quibus est defectus intellectus, ut in furioso, mente capto, infante, & etiā in pupillo, ut patet ex tex. d. l. 1. in uerbo, iudicia, & in uerbo, uoluntates, quæ quidem nõ cadunt in huiusmodi personas. Sicuti etiam uidemus, quod miles alijs priuilegiatus, ob defectum intellectus nõ potest testari, l. ult. & ibi not. C. de test. mil. Neque similiter in damnatis ad mortem, cum serui pœnæ efficiantur. l. qui ult. D. de pœn. iuncta l. quod attinet. D. de reg. iur. nec habeant bona, cum fisco applicentur. & tex. in d. l. bona requirit, cum dicit, bonorum. Sicuti etiā similiter miles damnatus ad mortē, testari non potest. l. ex militari, in prin. à contrario sensu. D. de mil. testa. Nec etiā in monacho, & seruo, cum etiā bona non habeat. Quæ omnia Bar. in d. l. 1. sigillatim describit per quinque; aut sex quæstiones, ut ibi licet uidere per eum. Cum quo concordat Bal. ibi, tã, in lectu. quàm in repet. d. l. 1. in quæstionibus, & cõfi. 244. proponitur quod qui dam nobilis, lib. 5. & Panor. in rub. de testa. col. 4. cum seq. & latè Alex. conf. 182. super eo de quo quæritur. et ibi concord. alleg. per eum, & Philip. Fran. in rubri. de testam. lib. 6. per multas quæstiones, in quibus etiam locis comperies, quid de prodigo dicendum sit, in quo Bal. fuit sibi contrarius. Nam in lectura secunda, col. 4. uer. deinde quæro quid de prodigo, tenet, quòd non potest testari ad pias causas, sed in repet. col. 9. in 12. q. tenet contrarium. Et de condemnato ad mortem, quòd non

Bar. sibi diametro contrari.

Prima opinio communior. Auctor ac cedit primæ opinio.

Inhabilis ad testandum potest testari ad pias causas.

Contrarium sentientes.

Limitatio prioris opinionis.

Miles priuatus intellectu nõ potest testari. Excipiuntur à pari opinione simpliciter damnati ad mortē. Etiam miles damnatus. Etiam monachus & seruus.

Et prodigus.

non possit testari ad pias causas, tenuerunt ultra prædictos Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de instrum. edit. §. compendiosè. in addit. quæ incipit, quid de damnato, & iterum §. nunc aliqua, uerfi. 15. eo. titu. & Bald. in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. & in l. ult. in. vlt. colum. C. li à non compet. iud. & conf. 382. dicit lex, quòd cõdem nati, post princ. lib. 1. & conf. 448. quæritur in primis, col. 1. eo. lib. 1. & conf. 476. testamenta & relicta, lib. 5. per tex. in l. si quis filio. §. irritum. D. de iniusto testa. & Pau. Cast. conf. 319. primum quæsitum habet duo dubia, in fi. lib. 1. & Fran. Aret. in l. si quis post, col. 4. uerfi. ex hoc gloss. D. de testamen. Hippol. Marfi. conf. 133. omnipotens, colum. 1. lib. 2. Et de usurario manifesto idem tenet Panorm. conf. 1. quidam nomine Cola, ad fin. lib. 2. post Bal. in l. 1. col. 4. uerfi. ostendit quæro. C. de sacrosanct. eccl. & idem Bal. cõfi. 20. quidam Petrus, col. 1. vlt. lib. 3. De pupillo autem satis supra diximus in 64. priuilegio.

Etiam usurarius manifestus.

PRIVILEGIUM LXXX.

Legata non pijs causis relicta in testamento ad pias causas facta non infirmantur: secus in testamento inter liberos.

Octuagesimò, licet testamentum alijs imperfectū, ratione solennitatis, conditum inter liberos ualeat, quantum ad ipsos liberos duntaxat, alia autem relicta extraneis non ualeant, per l. hac consulti. §. ex imperfecto. C. de testam. Secus tamen in testamento facta ad pias causas: quia si in eo fuerint legata facta etiam non pijs causis, ea ualebunt, æque ac relicta pijs causis: ita singul. tenuit Salyc. in authen. cassā & irrita. col. 4. in 9. q. C. de sacrosanct. eccl. per authen. quod sine, C. de testam. & Anto. in c. quod clericis, col. antepē. & ibi Panor. col. 7. de foro compe. & Alex. conf. 41. uisito tenore, col. 2. uerfi. quinto quia in dicto testamento, lib. 1. ubi hoc dicit singul. & conti. 105. uisito ac diligenter considerato, col. 5. & iterum col. ult. lib. 4. Sed & in hanc partem consuluerunt Petrus de Vbal. & Bal. Ser. Cole. ut patet in eorum con. quod est inter conf. Cornei, conf. 278. consuluit dominus, lib. 1.

Testamentum imperfectum inter liberos ualeat. Non tamen relicta extraneis in eodem testamento. Aliud in testamento ad pias causas.

Contrarium sentientes. Responso ad contrarium.

Testamentum inter liberos nõ est proprie testamentum. Testamentum ad pias causas, testamentum simpliciter.

hæc esse fallā: nam primum (inquit) testamentum ad pias causas cum duobus testibus non est proprie testamentum, nec etiam ut testamentum ualeat, sed ut ultima uoluntas in genere, ut declarat Bar. in repet. d. leg. 1. col. pen. uerfi. quarto quæro. C. de sacrosan. eccl. Deinde ex dicto. §. ex imperfecto. non succedit hæres ab intestato, sed ex testamento, quicquid dicat glo. ibi, contra quam tenet Bar. & alij, ibi, & est etiam contraria alia gloss. ordin. in l. filij, in uerbo, intestato. & ibi Docto. C. famil. etc. Denique cum corrigitur d. §. ex imperfecto, per authen. quod sine, quia illa dicta authent. (ut ibi omnes dicunt) loquitur, quando testamentum à patre fit in scriptis, secundum formam ibi traditam, tunc enim legata, & fideicõmissa ibi relicta ualent: sed quando pater testaretur nuncupatiuè coram duobus testibus, ille §. manet firmus. Item pro hac parte adfert. Iafon illud simile, quòd si filius familiās faciat testamentum ad pias causas cum consensu patris (quod potest secundum communem opin. ut diximus in præcedenti priuilegio,) certè si filius familiās in eo testamento alijs legata reliquerit, nihil ualent: non tamen accrescunt legata instituta, sed relinquuntur uenientibus ab intestato, per tex. singul. in leg. mulieri. D. de condit. & demon. & uoluerunt Baldus Salyc. Paul. Cast. Alexand. Corn. & alij recentiores in dicta l. senium. Bald. in repet. l. 1. col. 6. uerfi. tertio quæro. C. de sacrosan. eccl. & Imo. in l. tam is. §. 1. D. de donat. cau. mort. Hæc Iafon, cuius opinionem ante illum sensit Corn. consil. 261. in hac consultatione, col. 1. iunctis his quæ dicit col. 3. uerfi. nec refragatur, lib. 1.

Contrarium asserentes. Responso ad obiecta. Confirmatio eiusdem.

Sed è diuerso quid si quis faciat testamentum cum duobus testibus tantum, quo instituat hæredem laicū, & relinquat quædam legata pijs causis: an tunc ualebunt ea legata? Sunt qui dicunt non ualere, cum non ualeat caput testamenti, nec propterea hoc casu esse locum d. cap. cum esses, & cap. relatum, de testa. Et ita uoluit Salyc. in dicta auth. cassā, & Anto. in cap. quòd clerici. de foro compe. & Alexand. consilio 177. uisito themate mihi exhibitio, col. 3. lib. 2. & consil. 209. statuti, columna 7. eodem lib. 2. Iafon in d. l. 1. in prima lect. col. 5. uer. è contrario autem, C. de sacrosan. eccl. In contrarium tamè facere uidetur, quod decidit Bar. in repet. d. l. 1. in 5. q. prin. Sed tu super huius rei ueritate uide per Anton. & Imol. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. & Imo. in d. c. quod clericis. de foro.

An ualeant legata relicta pijs causis in testamento imperfecto. Caput testamenti institutio hæredis.

PRIVILEGIUM LXXXI.

Executor testamenti ad pias causas, inconsulto hærede præstat legata.

Octuagesimoprimò, licet merus executor testamenti non possit agere cõtra hæredem ad legata, per l. Lucius. §. 1. D. ad Treb. & leg. filio. §. matritia. D. de adimen. uel transfer. leg. fallit tamen in relictis ad pias causas, per l. nulli, & ibi Bald. in 1. not. Ioan. Fab. col. 2. & Pau. Cast. C. de epif. & cler. & l. alio hærede. & ibi gl. & Bar. D. de alim. uel ciba. leg. & uoluit gl. & Bar. in l. Lucius. §. 1. & in l. si quis Titio. D. de leg. 2. Inno. Host. Io. And. Pan. & alij in c. Ioannes, de testam. Spec. in tit. de instru. edit. §. nunc uerò aliqua. uerfi. & scias huiusmodi executores, & ibi Ioan. Andr. Car. in Clem. 1. in 13. quæst. de testa. Bal. in l. hæreditas. §. si defuncto, col. 2. uer. 7. D. de petit. hæred. in secunda lectu. & Fran. Are. in l. 1. col. ult. in 15. priuilegio. C. de sacrosan. eccl. Alex. con. 170. circa primum dubium, post prin. & cõf. 51. in casu præfenti, col. 5. lib. 7. Nam & executores ad pias causas obtinent uicem hæredum, ut not. Inno. in ca. cum tibi. de test.

Merus testamenti executor non agit contra hæredem pro legatis. Secus in pijs causis.

Executor ad pias causas.

de test. Bar. conf. 25. viso testamento Gentilis, in primo dubio, & conf. 182. Titius condidit testamentum, col. 2. per l. si quis ad declinandam, C. de episc. & cler. De quo tu uide Benedict. Cap. conf. 25. cum pluribus quæ ratur. colum. 3.

PRIVILEGIUM LXXXII.

Mandatum ad pias causas durat etiam re integra post mortem mandantis.

Mandatum finitur morte mandantis. A uel in mandato ad pias causas.

Octuagesimosecundò, licet alias mandatum morte mandantis re integra expiret. l. 2. §. sed quis. & ibi latè Barto. D. de donat. & l. mandatum, & ibi item latè Bald. C. mand. Fallit tamen in mandato ad pias causas, per text. in Clem. exijt. §. in co. verò casu. de verbo. sign. quem ad hoc dicit sing. Bald. in auth. si qua mulier col. vlt. vers. quarto not. quod est, C. de sacrosanct. eccl. & Ro. conf. 119. in prima conclusione.

PRIVILEGIUM LXXXIII.

Sufficit conditionem quoquo modo in pijs causis extitisse.

Conditio in legatis si sit adimpleta est. Nisi sint ad pias causas.

Octuagesimotertiò, licet aliàs conditio in legatis debeat adimpleri in forma specifica, l. Maritus, & l. qui hæredi. in prin. D. de condit. & demon. hoc tamen fallit in legatis ad pias causas, in quibus debetur legatum conditione impleta, licet non in forma specifica, vt voluit Rom. in l. si ita stipulatus essem à te. D. de verbo. oblig. per text. sing. in l. Paulus, §. Caius. ff. de liber. cau. C sequitur Soc. d. reg. 310. in ultimo priuile.

PRIVILEGIUM LXXXIII.

Iudicium defuncti lege representatū monitus à iudice infrà annum non adimplens, excluditur eò quod præter natura le debitum perceperit ex eodem iudicio: at in pijs causis non tantum successione, sed & legitima priuatur.

Filius non adimplet legatum in testamento relicto, mox infra annum à iudice non priuatur legatima.

Octuagesimoquartò, licet alias filius hæres institutus non adimplet legata in testamento patris facta ad non pias causas infra annum monitionis iudicis priuatur solum successione defuncti, & non debito iure naturæ, vt est tex. in auth. hoc amplius C. de fideic. secus tamen in relictis ad pias causas: quia tunc etiam debito iure naturæ priuatur, glof. est no. in cap. si heredes. in glo. vlt. in fin. de testa. per text. in §. si quis autem pro redemptione, uerfi. si autem quis, in auth. de eccl. titul. Sed Panor. ibi dicit, se dubitare an sit verum, quia iura de hac re loquentia, loquantur de testamento, sed legitima debetur filio extra omne testamentum, quali debitum naturæ. Et ideo iura uoluerunt solum excludere hæredem à commo habito per defunctum, quia cum nolit subire onus, nec etiam debet habere commo: quæ ratio cessat in debito iure naturæ, quod debetur sine aliquo onere. I. quoniam nouella, & l. quoniam in prioribus. C. de inoff. test. Et hanc etiam postremâ partem tenuit Bal. in d. auth. hoc amplius, col. 2. ver. modò respondeo, hac ratione motus, quia potentior est legitima, quam quicunq; legatarius ad pias causas, nec potest esse hæres in mora respectu legitime. Nam non uidetur esse legatum, quod iure naturæ detrahatur, vt not. in d. l. quoniam in prioribus, & pœna non excedit delictum, l. rescriptum. D. de his quibus ut indig.

Quid i relictis ad pias causas. Dubium in pijs causis. Legitima debetur naturali. Quis non subit onus, nec sentit redet commo.

Nec id quidem solum procedit in ultima uoluntate sed & in contractu inter uiuos, uerba enunciatiua fauore piæ causæ, probant, ac disponunt, per nota. per Bar. in l. tale pactum. §. ult. ff. de pact. per d. ca. ult. de success. ab intest. & alia ibi allegata per eum, & sequitur Alexand. d. conf. 190. col. 7. vers. confirmo per not. lib. 6. & uide quid dicam infra. Et facit quod fauore dotis uerba enunciatiua probant, ut per l. 2. cum ibi not. C. de dot. promissu. uoluit Bar. conf. 123. factum sic se habet, Titius & Seius. et Pau. Cast. conf. 92. quod profata sententia, col. 1. lib. 2. & Ro. qui illum tex. sing. dicit in 536. sing. uerba enunciatiua, ubi & hoc ampliat post Bart. & causa dotis, & piæ causæ equiparantur, ut sapius diximus & dicemus postea latius infra.

Legitima debetur naturali. Quis non subit onus, nec sentit redet commo. Legitima debetur si sit sine aliquo onere.

PRIVILEGIUM LXXXV.

Quod in præcedenti priuilegio traditur, hæredem monitum decreto iudicis, non de iussu tantum intelligendum est: nisi in legatis ad pias causas.

Octuagesimoquintò cum hæres monitus decreto iudicis, vt adimpleat uoluntatem testatoris, si per annum neglexerit, priuatur omni emolumento præter id quod testator. necesse habuit relinquere, vt diximus in præcedenti articulo: idque ita demum, si monitus fuerit, neque enim sufficeret, iussus tantum esset, vt dicit Ang. in §. si quis autè, per illum tex. in auth. de hæred. & Falc. hoc enim inter se differunt, vt in c. 1. de confes. lib. 6. & in leg. presbyteri. C. de episc. & cler. tamen in legatis ad pias causas satis est, si iussus fuerit per tex. in §. in autè: in auth. de ecclesiast. tit. & uoluit Ang. ubi supra.

Limitatio præcedentis priuilegij.

Differunt inter se monitus & iussus.

Contrariū in pijs causis.

PRIVILEGIUM LXXXVI.

Verba enunciatiua per modum causæ prolata, & nõ principaliter, tã in ultima uoluntate, quam in cõtractu inter uiuos fauore piæ causæ probat ac disposit.

Octuagesimosexto, licet per uerba enunciatiua ob aliud prolata, scilicet per modum causæ, nõ inducatur, nec probetur ultima uoluntas, quãuis secus sit, si principaliter, & propter se essent prolata iuxta not. in l. ex hac scriptura. D. de dona. fallit tamè in ultimis uoluntatibus ad pias causas, quæ inducuntur & probantur per huiusmodi uerba enunciatiua prolata etiã per modum causæ, per tex. in c. ult. & ibi Inno. Host. & Ioan. And. Ant. Pan. in 6. no. de success. ab intest. & Bar. in repe. l. 1. in 2. q. vlt. q. prin. C. de sacrosanct. eccl. Car. in c. indicatè, col. 4. & 5. de testa. & Pan. com. 1. uel. in causa quæ uertit inter hospitale, col. 2. ver. nec obstat si dicatur. Pau. Cast. cõf. 456. uisus & examinatis, col. 1. li. 1. Alex. cõf. 190. plura narrata sunt, col. 6. accedunt alia, li. 6. Calca. cõf. 1. §. 4. uel. fo. d. casu. col. 2. Iaf. in l. ex his, col. 2. ver. quintò limi. C. de testa. milit. Et facit quod hoc procedit fauore libertatis, quæ pia causa est, l. 1. §. sim. illiq; modo. C. de Lati. lib. toll. & in l. 2. & ibi Doc. & Ful. C. de necess. & ser. hæ. inst. & §. ult. In l. de adop. Et in testamento militis, per dictam l. ex his, C. de test. mil. & fauore libertatis, per l. ul. C. fam. ercif. Sed in nostro casu tenuit contrariū Bal. in rep. d. l. 1. col. pe. in 7. q. C. de sacrosanct. eccl. quem omnino uide, atq; etiã Pau. Cast. conf. 137. in causa quæ uertitur Pergonij, uerfi. tertiò facit, lib. 2. ubi declarat qualiter id intelligatur.

Verba enim citius ob aliud prolata.

Item in libertate.

Et in militis testamento. Contrariū esseretes.

Idè in contractu inter uiuos.

Et in dote.

Causa dotis & piæ causæ equiparantur.

PRIVI-

PRIVILEGIUM LXXXVII.

Nemo inuitus fit executor ultimæ uoluntatis: ad pias tamen causas tenetur huiusmodi officium exequi tanquam delegatus vel commissarius.

Nemo inuitus tenetur acceptare officium executoris testamenti.

In quibus uice commissarij fungitur.

Octuagesimosextimò, licet quis non cogatur inuitus acceptare officium executoris testamenti, per tex. in c. pen. in verbo, post mandatum susceptum, & ibi gloss. Ioan. Andr. & alij, de testam. tamen dicit ibi sing. Pano. col. 2. quod respectu legatorum ad pias causas, poterit episcopus compelli, etiã citra acceptationem huiusmodi officij exequi, & si nõ vt executorem testamentorū, saltem vt delegatum, & commissariū, per tex. in l. 1. C. qui pro sua iurisdic. & c. pastoralis, de offic. deleg. Sed simpliciter quod in hoc casu possit compelli, tenuit Spec. post antiquiores in ti. de instr. edit. §. nunc uerò aliqua. uerfi. hic etiam quaritur, quem omnino uide in hac materia, & ibi etiam Io. And. & Bal. in l. pen. col. 2. uer. ibi post. C. de donat. & Raph. Cum. cõf. 12. Ioannes ab armis, in secundo dubio.

PRIVILEGIUM LXXXVIII.

Nulla habetur ratio beneficij inuenta rii, pia causa hærede instituta.

Hæres ad idem hæreditatè nõ factò inuèntario.

Fauor piæ causæ hæredis inuèntarii.

Fiscus ad idem hæreditatè absque beneficio inuentarii.

In pijs causis tãtum habetur uisus naturæ ratio.

Ad idem nõ factò inuèntario hæredis ad idem præsumitur bona occultasse.

Octuagesimo octauò, licet aliàs hæres ad idem hæreditatè absq; beneficio inuentarij teneatur ultra vires hæreditarias, l. ult. §. fin. autè dubius. C. de iure delib. cum simi. fallit tamen in pia causa hærede instituta, vt not. uoluit Bar. in repe. l. 1. in 4. q. 4. q. princ. C. de sacrosanct. eccl. Mouetur primò, ex similitudine fisci, qui hoc casu non tenetur ultra vires hereditarias, l. 1. §. an bona. & l. non possunt. D. de iure fisci. Secundo, quia iura ciuilia non possunt obligare pias causas ultra vires hereditarias, cum talis obligatio non sit de iure naturali. Tertio, quia ratio, quare quis hoc casu teneatur ultra vires, est, quia præsumitur bona occultasse. §. sancimus, in auth. de hæred. & Falc. quæ ratio cessat in ecclesia, & alijs pijs causis. Quarto, quia hoc uidetur expressè in auth. sicut alienatio. C. de sacrosanct. eccl. ubi nihil potest acquirere ecclesia, ex quo ipsa oneretur ultra quam accepit. Et idem tenet ipse Bar. in l. vlt. §. vlt. C. de iure delib. & Bald. in repe. d. l. 1. col. 14. uerfi. super tertio dici debet. C. de sacrosanct. eccl. & in d. l. vlt. in prin. col. 2. uerfi. quintò quæro. C. de iure delibe. ubi hoc dicit no. dignū & in d. auth. sicut alienatio. Ang. in §. si uerò quidè, per illum tex. in auth. de non ali. & Archid. & Pan. in c. 1. in fi. de solution. & in c. 1. col. pen. de testam. & Ro. & Frã. Aret. qui hanc dicit esse communiorè, & quæ seruare tur in pratica, in rub. D. de acq. hæred. & Pau. Cast. in l. si seruus plurium. §. sed ante. D. de leg. 1.

Adducit tamen, quod ipse Bar. super hac re dubitauit, in auth. sed cum testator. in pen. quæ. C. ad leg. Falc. propter tex. in §. ult. in auth. de hære. & Falc. ubi dicitur ab hac re non excipi, neque Imperatorem, si fuerit hæres institutus, neque clericum, aut pupillum, licet pupillus possit petere restitutionem, propterea reliquit cogitandum. Quin gl. ordi. in d. c. episcopus qui filios, l. 2. q. 2. apertè uidetur sentire hoc casu teneri ultra vires hereditarias, & apertius gl. in d. c. 1. in verbo, practicus in fi. de testam. quam omnes ibi, præter Pan. sequi uidentur: cum hac tamen limitatione, vt si laica fuerit in ea re pia causa, possit petere restitutionem in integrum. Et hanc

quoque partem sequitur Bart. sibi contrarius in d. §. ult. in fi. per illum tex. & ibi quoq; Ang. sibi cõtrarius in auth. de hæred. & Fal. Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. D. si cui plus quam per legem Falc. & in §. causas, uerfi. si unum per illum tex. in auth. ut cum de appel. cog. & Alex. in d. rub. D. de acq. hæred. ante fi.

PRIVILEGIUM LXXXIX.

Repudians debitoris hæreditatem, non tenetur ad onera hæreditaria, adeo vt ne prælegatum quidem sibi in eodem testamento ob id minuatur: secus in debitorè fisci, aut ecclesiæ.

Repudians hæreditatem debitoris.

Eidè prælegatū restamento. Repudians hæreditatem debitoris fisci.

Octuagesimononò, licet aliàs hæres institutus, qui hæreditatem repudiat, nõ teneatur soluere onera hæreditaria, nec propter id tenetur cedere his quæ ex bonis testatoris alio tit. percepti, per tex. in auth. unde etsi parens. C. de inoff. testa. sed nec etiã prælegato, qd p illud testamētū sibi relictū est, l. filio pater. & l. seq. & l. qui filiabus. §. ult. D. de l. 1. per l. miles. §. pro parte. D. de lega. 2. & l. cum responso. C. de leg. tamè sicuti repudians hæreditatè debitoris fisci propter onera fiscalia hæreditatis, tenetur nihilo minus aut ea onera, & tributa fiscalia soluere, aut cedere his omnibus quæ ab ipso debitorè quocunq; titu. adeptus est. tex. est not. in l. hæredes. C. de omni agro defer. lib. 11. secundū Bar. (si is est) & Ang. ibi qui illum tex. ad hoc dicunt sing. ita et repudians hæreditatè debitoris piæ causæ propter decimas, quæ dicuntur tributa animarū egentiu, c. tua nobis, de decim. & c. decimæ, l. 6. q. 1. fisco enim & ecclesia pariter procedunt. l. vlt. C. de sacrosanct. eccl. & §. sancimus iuncta gl. in auth. de non alien. Et ideo uidetur argū. de fisco ad ecclesiam, seu piã causam firmū, secundū gl. in l. si procurator. §. ult. D. de iure fisci. & in l. vnica. C. de sen. aduer. fisco. lat. retrac. lib. 10. cu. n. limi. de hoc specialiter loquens Ro. in l. 5. specialiter inter contractus dicit esse mirabile & pulcherrimum, nisi id destrueret tex. in ca. fraternitas. 10. q. 4. Tum hoc nuncupatim sequitur Iaf. in l. qui filiabus. §. ult. circa medium. D. de lega. 1. nulla mentione facta c. fraternitatis, & etiam in d. l. filio, col. 2. adde tamen unum casum, ubi dicit sing.

Decima tributa animarum egentium. Fiscus & ecclesia equiparantur.

PRIVILEGIUM XC.

Legatum annuum perpetuò relictū ecclesiæ, non restringitur ad spatium centū annorum: in alijs uerò secus.

Nonagesimò, licet aliàs legatū annuū factū in perpetuū debeat restringi, vt intelligatur solū ad centū annos, vt sing. uoluit Bar. in l. annua. §. Attia. D. de annu. leg. cū multis concordat. per Alex. conf. 60. o. mill. multo pio, per totū lib. 1. Fallit tamen ubi huiusmodi legatū esset relictū ecclesiæ, aut piæ causæ, quia nõ iniuratur tempore centum annorū, sed & perpetuò postea duraret, ut uoluit Iaf. in l. in annalibus, col. 2. C. de le. ga. & in l. uideamus. §. de ferre. col. 2. D. de in litiurā. & in l. 2. in princip. in primo not. D. solut. matrim.

Legatum annuū perpetuum.

Legatum annuū perpetuò ecclesiæ relictū quãdo finitur. Contraria sententia auctor.

Contrarium tamen tenuit Bar. qui dicit illud, quod dictū est procedere etiam in ecclesia, in l. si usufructus municipalibus, ad fi. D. de usufruct. leg. 1. & Alexã. in dicta l. 2. in princip. etiam in primo nota. D. soluto matrim. ubi ita dicit, se consuluisse, & obtinuisse, licet alij consulissent contrarium. Et est eius sententia nunc de eo

de eo quod supra citauimus, uidelicet conf. 60. lib. 1. ubi eum omnino videas, & in hac quoque sententia fait Philippus Decius conf. 78. uiso motuo, ante finem. Tu autem aduerte quod Iason in prædictis locis uidetur non solum id quod diximus tenere in ecclesia, sed & in alijs quoq; faciens differentiam inter annuum legatum perpetuum, & annuum legatum vsum fructum etiam perpetuum, ut illud non finiat centum annis, hic finiat, de quo etiam poteris videre per Socin. in repetitio. §. ult. l. 3. col. 8. vers. & ex his ego infero. D. ad leg. Fal.

Annuo legato uisus perpetuus.

PRIVILEGIUM XCI.

Legatum annuum relictum pro loco, etiam diruto loco debetur: secus in collegio.

Legatum annuum relictum pro loco debetur: secus in collegio.

Nonagesimoprimò, proximè accedit, quòd licet aliàs legatum annuum factum alicui collegio, tam diu solum duret, quam diu & ipsum collegium, & ipso collegio dissoluto, aut destructo finitur legatum, per textum in l. pater. §. Tusculanus. D. de leg. 3. & uoluit gl. in l. annua. §. Attia. in fine. D. de annua lega. fallit tamè ubi huiusmodi legatum esset relictum pro loco, ut uoluit Bar. in dicto §. Tusculanus, cuius uerba & sententiam reasumit Petr. Anch. in Clem. 2. de religio. domib. & conf. 197. subtiliter & ad plenum, colum. ultim. idque est quod pulchrè uoluit Bald. in l. hæreditas, in ult. quaest. D. de hered. instituen. quòd relinquitur Deo immortalis. Ideò legatum factum monasterio durat, licet destruat monasterium, & pro eo capiet ecclesia Romana, quæ representat Deum ubiq; quod & idem dicit in l. post mortem, col. pen. uers. sed pone, testator instituit uxorem. C. de fideicommiss. & penè idem uoluit ipse Baldus conf. 457. uiso testamento Ioannis, lib. 2. de quo latè per Fely. in c. cum dilecta, col. pen. & ult. de rescriptis.

PRIVILEGIUM XCII.

Ardor liciti amoris & piæ causæ fauor habent vim clausulæ codicillaris.

Fauor piæ causæ.

Nonagesimosecundò, fauor piæ causæ habet uim clausulæ codicillaris, ut sing. uoluit Catel. Corta, ut omni laudis genere dignus (uix enim illum absq; honoris titulo possum nominare) in suo memoriali, cuius initium est, amor licitus, in fin. ubi posteaquam illic in princip. scripsit, amorem licitum habere vim clausulæ codicillaris, de quo & nos latè scripsimus in tractatu nostro, qui est de causis minuendæ pœnæ, cau. 2. 2. tãdem in fine dicit & hoc ampliari, ut procedat etiam fauore piæ causæ, propter dilectionem animæ, quæ cunctis est præponenda, per l. sancimus. C. de sacros. eccle. Quo eam argumento de persona dilecta ad animam, vel piam causam, utitur Ioan. Bapt. Cacia. in repet. l. precibus, in char. 5. in prima conclusionè. C. de impuber. & alijs substitut. & hoc ante Catel. uoluit Corneus, quem is minimè citat, conf. 307. uidetur prima facie dicendum, colum. 5. uers. & si quis uellet, lib. 3. dicens, id multos tenere in l. eam quam, in sequen. vers. C. de fideicommiss.

Contrarij prioribus.

Nam est animaduertendum, quod contra hanc decisionem est tex. in l. si iure. C. de testament. manu. ubi si testamentum iure non substituit, non debentur libertates in eo relictæ, nisi esset a dicta clausula codicillaris. Fauor ergo libertatis, quæ pia causa est, ut sapè di-

ximus, & dicemus postea latius, non habet vim clausulæ codicillaris. Nisi ut dicit gloss. ibi, in aliquibus personis, per l. in testamento. D. de fideicommiss. liber, scilicet propter magnam earum personarum dilectionem ut manifestè declarat ille tex. in uerbo, quam pater dilexisset, & ponderat gloss. ibi, dicens illud esse speciale in persona sic dilecta, & ita soluit contrarium dicta l. si iure. Ex quo facile intelligi potest, in ea l. in testamento, duplicem fauorem concurrere, scilicet libertatis, & præterea magnæ amicitia eius, cui libertas relinquebatur, nec solum libertatem sufficere, per dictam l. si iure. Et quod in dicta l. in testamento, utraque qualitas interueniat, intelligit etiam gloss. utramque coniungens in dicta l. eam quam, in uerbo, traditur. C. de fideicommiss. dum in 9. fallen. dicit eam l. non procedere propter pietatem & affectionem, per dictam l. in testamento. Et id quoque expendit Ang. in repetitio. l. eam quam, col. 4. vers. addit & quintum. C. de fideicommiss. Et hac fortassis ratione Bald. in dicta l. si iure, dicit dictam l. in testamento. & id quod ibi ex ea dixerat, ardorem liciti amoris habere vim clausulæ codicillaris, procedere tantum in causa libertatis, vel alterius piæ causæ. Quod tamen Roma. & alijs plerique dicunt indistinctè procedere, ut latè diximus loco nuper allegato. Et ego haud dubiè dicerem non procedere solum in amicitia, per ea quæ diximus. Nam si pia causa id non efficiat, per not. in d. l. si iure. multo minus simplex amicitia, quia nulla maior est amicitia, quam piæ causæ, id est animæ quæ cæteris longè est anteponenda, per dictam l. sancimus.

Responsio.

Authoris sententia. An cum alijs rebus anteponenda.

PRIVILEGIUM XCIII.

Qui ad scribenda testamenta adhibentur, prohibentur aliquod emolumentum, quamuis dictante testatore, ipsis futurum scribere. Verum prælatus non tantum ecclesiæ, sed & sibi in fauorem ecclesiæ poterit adscribere, nec incidet in pœnam l. Cornelia modò res sit apud ecclesiam remansura.

Tabellio non potest sibi adscribere in testamento. Nec etiam pater filio. Secus in prælato ecclesiæ. Modo res maneat apud ecclesiam.

Nonagesimotertiò, quemadmodum tabellio non potest sibi adscribere in testamento, & si id faciat, punitur, nec ualet legatum, ut patet per totum tit. C. de his qui sibi adscri. in testamēt. nec potest quis alteri adscribere, ex cuius capite sibi est commodum vsum fructus, vel usus peruenturum, uidelicet pater filio in sua potestate constituto, ut est tex. sing. in l. impuberem. §. 1. D. ad leg. Corn. de fals. Tamen prælatus ecclesiæ, vel piæ causæ potest adscribere ipsi ecclesiæ, aut sibi in fauorem ecclesiæ, & ualet legatum, nec punitur, ut uoluerunt Host. Io. And. Ant. & recentiores in ca. cum inter. per illum tex. de re iud. Ro. sing. 345. tu scis quòd sacerdos. Mathesi. qui hoc dicit sing. no. 88. nota singulari dictum, & nouissimè Iason in l. 1. §. huius studij, col. 3. vers. tertio lim. D. de iust. & iure. Et hoc sanè intelligito, cum res ipsa remanet ipsius ecclesiæ, vel piæ causæ, & vsum fructus siue usus prælati est. Secus si res ipsa legatur clerico, qui sibi adscribit ad suum omnino commodum: quia licet dicatur quòd sit huiusmodi relictum pro anima, tamen non ualet, nec excusatur qui sibi adscripsit, ut singul. consuluit Barb. ita limitans dictum Hostienf. & aliorum, conf. 58. clementissimi Dei Patris, col. 10. uers. etli quispiam diceret, libro septimo.

PRIVI-

PRIVILEGIUM XCIII.

Ecclesia substituta non excluditur hac conditione à testatore facta, si sine liberis decedat, existentibus filiis naturalibus etiam legitimatis ab Imperatore.

Cōditio, si sine liberis decedat, non comprehendit filios naturales.

Secus ecclesia substituta.

Contrarij afferentes.

Responsio ad obiectionem.

Re dubia in fauore ecclesiæ in dicto iudicium est.

Nonagesimoquartò, licet substitutio à testatore facta sub ea conditione, si absque liberis decederet, euanescit relictis etiam naturalibus liberis, per l. ex facto. §. si quis rogatus, l. 1. & ibi Bart. Ang. Imo. Alex. & alijs. ff. ad Trebel. & l. cum pater. §. dulcissimis, & l. Lucius. §. ult. D. de legat. 2. & uoluit gl. in c. in præsentia. in gl. 1. & ibi Doct. de proba. cum concord. ibi adductis per recentiores. fallit tamen, si ecclesia esset substituta, quia tunc non excluderetur existentibus filiis naturalibus etiam legitimatis ab Imperatore, propter dignitatem ecclesiæ, ita nominatim uoluit Bald. in d. c. in præsentia, colum. pen. vers. vnum addo, quod dictum sequitur ibi Fel. qui hoc dicit sing. col. 9. vers. fallit primo, & Phil. Dec. col. 15. vers. sexto.

Tamen contrarium tenet Alex. in d. §. si quis rogatus, col. 5. vers. sexto fallit, postquam retulit illud dictum Bald. pro sing. dixitque à nemine se reperisse reprobatum, dicit tamen se putare non esse verum. Nam licet hoc casu sit attendenda dignitas testatoris, ut dicit ibi textus in fine, tamen non reperitur, quòd attendatur dignitas substituti. Sed huic obiectioni respondet Decius habens hoc casu rationem qualitatis non solum testatorum, sed & instituti, secundum gl. Ang. Imol. & tandem Alex. in d. §. si quis rogatus, gl. & Salyc. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institutio. & substitutio. ergo & pariter substituti: & in ecclesia substituta agit de salute animæ testatoris: & cum anima sit omnibus rebus anteponenda, per dictam l. sancimus, consentaneum est, mentem testatoris fuisse, prout Baldus dicit, & cum res (inquit) dubia uideatur, in fauorem ecclesiæ est iudicandum. l. sancte personæ. D. de religio. & sumptibus funerum, hæc Decius. Tu autem hic omnino uide quæ diximus supra in decimo sexto priuilegio, quòd longè ab hoc diuersum est illud enim loquitur de conditione intellecta à lege, hoc de conditione expressè appolita ab homine.

PRIVILEGIUM XCV.

Substitutio sub hac conditione facta, si institutus decedat sine liberis, euanescit per ingressum monasterii: nisi pia causa substituta sit.

Hoc priuilegium eiusdem est argumenti cum superioribus. Monasterium uicè hæredis obstat. Aliud in pijs causis. Eiusdem res ampliatio.

Nonagesimoquintò, licet substitutio facta sub conditione, si institutus decedat sine liberis, euanescat, si institutus ipse ingrediatur monasterium, tanquàm si sine hærede non uideatur decessisse, & propterea nõ sit locus substitutioni, ut est tex. in c. in presentia. de probatio, hoc tamè fallit, si pia causa erat substituta, per tex. in §. sed hoc in presentia, auth. de sanct. episc. & in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. quia illinc sumpta est, & ita uoluit gl. ult. in dicto cap. in presentia, & ibi etiam Ant. Panor. & Philippus Decius hæc ampliantes ut procedat, etiam si locus pius substitutus non æque esset pius, sicuti monasterium, quòd institutus ingreditur. Et Specul. tit. de statu monach. ver. 25. & in dicta authen. simili-

ter. in 14. speciali inter ultimas voluntates. C. ad legem Falc. ubi dicit ad hoc sing. esse tex. in d. §. sed hoc in presentia senti, & Ale. cõf. 121. uiso themate, col. 3. ver. fortificatur hæc ratio, lib. 1. & cõf. 35. super contētis, col. 3. lib. 3.

PRIVILEGIUM XCVI.

Mora eligendi circa personas purgatur usque ad litis contestationem: uerum in pijs causis usque ad tempus quo primum hæres potuit eligere.

Mora purgatio circa personas electionem. Litis contestatio tam purgationis mora in persona electio ne. A iulian libertate.

Nonagesimosexto, licet is qui fuit in mora eligendi circa personas, possit moram purgare, donec peccatur legitum, per l. cum quidam. D. de leg. 2. ubi Bar. col. ult. hoc intelligit usque ad litis contestationem, per l. amplius. D. rem ratam haberi, fauore tamè libertatis non poterit moram purgare hæres, qui mox cum potuerit non fecerit huiusmodi electionem. Tex. est loquens in libertate in l. pen. C. de fideicommiss. liber. ubi Bald. extendit omnem piam causam, dicitque esse meliorem de iure.

PRIVILEGIUM XCVII.

Executori testamenti ad pias causas, etiam impedito, currit annus: nisi qualitas aut magnitudo operis impedimento sit.

Executori testamenti impedito, non currit annus. Immo limitatio testatoris non debet retardare pias causas. Nisi ex difficultate operis qualitas te promoueat.

Nonagesimosextimo, licet executori testamentario impedito non currat annus datus ad exequendum, per not. per Bar. in l. genero. D. de his qui not. inf. Fallit tamen in relictis ad pias causas, quia non debet impedimentum testatoris pias causas retardare, argum. l. si quando. C. de testam. Et ita expressè uoluit Bal. in l. ul. §. sed & si quis, col. 4. uers. non est quod infra annum. C. commu. de leg. sed hoc intellige, nisi impedimentum proueniat ex operis inimica qualitate, & magnitudine: quia fortasse testator iussit constitui monasterium, quod non potest perfici infra annum: quia tunc & post annum durat officium, ut uoluit Federi. Senen. conf. 124. aliàs. 129. quem sequitur ipse Bald. in l. id quod pauperibus, col. 2. uers. uenio ad tertium. C. de episcop. & cler. ubi ad hoc quadam iura allegat, & idem uoluit ipse Bald. in l. nulli. colum. 2. uers. de in de no. C. de episcop. & cler. & Panorm. in c. nos quidem, col. 3. de testam. Et bene facit quod dicit Bal. in l. pen. col. 2. uers. & dico quod in ista. C. de donatio.

PRIVILEGIUM XCVIII.

Dispositio pœnalis facta in fauorem piæ causæ ualet, quamuis impediatur libera testandi facultas.

Conuentio pœna inuualida. Exemplum pœnalis conuentionis.

Nonagesimo octauò, licet non ualeat conuentio pœnalis, per quam auferitur libera testandi facultas, per l. stipulatio hoc modo concepta. C. de uerbo. obligat. ubi per hoc dicit Bartol. et post eum Paulus Castrenf. Alexand. et recentiores, quod si testator dicat: instituo Titium, et contingit me mutare testamentum, dono eidem omnia bona mea non uidetur huiusmodi pœnalis dispositio tanquam facta in pœnam mutationis testamenti, ad auferendum libera m te-

C standi

standi facultatem. Id quod etiam uoluit, & quidem la- tius, idem Bartol. in l. si quis testamentum. D. de lega. 3. cum concordan. adductis per recentiores in d.l. stipula- tio hoc modo concepta. & per Alexan. conf. 25. uiso te- stamento, colum. penul. & ult. lib. 3. fallit tamen ubi ta- lis dispositio esset facta in fauorem piæ causæ. Quod & si post longam disputationem indecisum reliquerit Bal. in c. 2. tit. de feu. dat. in vic. leg. commif. hoc tamen asse- ranter affirmat Iafon in d.l. stipulatio hoc modo cõ cepta, colum. 3. vers. circa istam quæstionem, & motus quibusdam similibus, quæ postea his subijciam, & ea iam sepius dicta ratione, quod in dubijs tenenda est opi- nio, quæ fauet piæ causæ, ut etiam postea dicemus. Sed & hoc in proprijs terminis tenuit Bald. ipse, quem Iaf. non allegat, in c. in præsentia, col. pen. vers. ex hoc pono- talem conclusionem de probat.

Comentio penalis in fauorem piæ causæ. In dubijs opinio, quæ fauet piæ causæ, seruanda.

PRIVILEGIUM XCIX.

Res hostium piæ causæ legata, aut donata sub conditione, si in nostram peruenerit potestatem, indistincte de- betur.

An res ho- stium possit legari sub conditione, si nostra esse ceperit. Si non in piæ causis.

Nonagesimononò, licet dubium sit, an quod ho- stium est, possit legari, vel donari sub conditio- ne, si nostrum esse ceperit. Nam quod subdit, tenent Bart. & alij in l. id quod apud hostes. D. de leg. 1. & idem Bart. in l. liber homo, la 1. D. verbo. oblig. Contrarium autem tenent Ange. ibi, tamen prior opinio haud du- biè procedit, cum legatur, aut donatur piæ causæ, per te- xtum loquentem in libertate, in l. generaliter. §. hostiũ. D. de fideicommiss. liber. & alium textum loquentem in hospitali, in c. Abbate sanè. de re iud. lib. 6. quem ita ex- pendit Iaf. in d. l. id quod apud hostes, colum. pen.

PRIVILEGIUM C.

Donatio omnium bonorum tam præ- sentium quàm futurorum facta piæ, causæ, non est contra bonos mores nec impeditur, modò donationis effe- ctus principaliter dirigatur in piam cau- sam.

Donatio omnium bono- rum præsen- tium & fu- turorum non ualeat. Nisi fiat piæ causæ.

Centesimo, licet non ualeat donatio omnium bo- norum præsentium & futurorum, ualeat tamen si fiat piæ causæ, ut uoluit Barto. subdubius tamen, in d. l. ultim. colum. ult. & ibi Fulgos. & Iaf. colum. penul. C. de pact. Bal. in auth. si qua mulier, colum. ult. vers. sexto not. & iterum in auth. ingressi, col. 4. C. de sacros. eccl. & in l. 1. in lect. antiqua. D. pro socio. & d. c. in præsen- tia, colum. pe. vers. pone offero monasterio, & ibi Pan. in quinto not. ubi hoc reputat sing. Fely. colum. 4. De- cius qui hanc dicit esse communem opinionem, col. etiam 4. in 7. not. de probatio, Panor. in ca. ult. in primo not. de succes. ab intesta. ubi & hoc facit sing. & in ca. 2. de concef. præb. & in c. vt priuilegia, de priuileg. & consil. 102. circa personarum & bonorum oblationes, co- lum. 2. lib. 2. ubi dicit ita consuluisse Card. Flor. & Ma- ria. in tractatu obligationum. in decimo libello, in 1. q. Alex. conf. 5. 2. in causa & lite, col. 3. vers. secundò quia etiam si dictum, lib. 6. Bene. Capra conf. 147. in nomi- ne Domini, cum vt præsupponitur, colum. 2. in fine, & Iafon in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, colum.

3. vers. circa istam quæstionem. D. de uerborum obli- gatio.

Mouentur ij per textum in l. iubemus nulli, in princ. ibi, patrimoniu in suum, partem uè certam patrimonij. Item quia potest quis pio loco se & sua donare, ut in au- then. ingressi, & auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl. & d. c. in præsentia, de probatio. & c. si qua, & c. quia in- gredientibus. 1. 9. q. ult. Et id procedit, etiam si non effi- ciatur monachus, per textum in d. c. ult. iuncta glo. 1. & uoluit gl. in c. vt lex continentia, in uerbo, professi. 27. q. 1. ergo multò fortius poterit donare sua siue se, per c. cui licet, de reg. iur. lib. 6. Præterea uoluntaria pauper- tas propter Deum etiam statu seculari non mutato, nõ est à iure reprobata: imò ab ipso Christo Salvatore & magistro nostro multum commendata, cum dicit Mar. 10. & Lucæ 12. Si vis perfectus esse, uade & uende om- nia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me: & ali- bi, Qui nõ renunciauerit omnibus, quæ possidet, nõ po- terit esse meus discipulus. Hinc olim in ecclesia primi- tiua tempore Apostolorum omnes conuersi ad fidem Christianam, siue clerici, siue laici, uendebant omnia, et ponebant ante pedes Apostolorum, ut no. gl. in summa. 1. 2. q. 1. & est textus ibi, in ca. 2. Porro quicquid dona- tur ecclesie, dicitur Deo consecrari, & ad diuinos usus deputari, c. nulli liceat. 1. 2. q. 2. & c. mancipia, & ca. seq. de rerum permuta. Non ergo debet talis donatio im- probari, cum omnia Dei sint, c. tua, de decif. & sic talia bona donata redeunt ad suam naturam.

Rationes huius opin. Pot quis donare se & sua eccl. Et si non fiat monachus. Voluntaria paupertas propter Deum. Quis uerò dicitur perfectus. In primitiua ecclesia oes conuersi ad fidem uendebant omnia. Quicquid donatur ecclesie, cõsecratur Deo. Contraria opinionis auctores. Ratio eorundem. Donatio omnium bono- rum est contra bonos mores. Ecclesia cultrix in stituta. Ad turpis in eccle- siastico maxime detestandum. Responso ad obiecta. Bona ueniunt in consequentiam personarum. Multa ueniunt per consequentiam, que principi- paliter fieri non possunt. Minor uiginti quinque annis nõ pot. alienare im- mobilia sine decreto iudicis. Nisi per consequentiam ingrediendo monasterium. Resolutio contraria opin.

Contrarium tamen tenuit Ange. conf. 170. vers. præ- dictis instrumentis, col. m. 5. vers. & ex prædictis infero & iterum conf. 365. quædam domina retulit, & in sua di- sputatione, incip. in resurgenti palatio, & Pet. Anchar. conf. 231. de primo dubio, & Pan. sibi contrarius conf. 48. Augustinus, colum. ult. lib. 2. Rom. in d. auth. simili- ter, in 2. speciali, circa contractus, & in d. l. stipulatio hoc modo, concepta, colum. 2. 2. & ibi quoque Alexan. qui hanc partem sequi uidetur, colum. antepen. vers. quæro utrùm donatio.

Horum præcipua ratio est, quia per huiusmodi do- nationem aufertur libera testandi uoluntas. & ita est turpis, & contra bonos mores. Ideo in ecclesia multò minus debet ualere quàm in alijs, cum ecclesia sit cul- trix iustitiæ. c. 1. §. 1. tit. de alie. feud. & actus turpis in tecclesiastico magis detestatur. §. cogitandum, in auth. de monach. Nec obstat (inquiunt) tex. in d. l. iubemus nulli, quia loquitur de donatione simplici omnium bo- norum, quo casu ueniunt tantum præsentia, & non futu- ra. l. si ita. D. de auro & argen. lega. Nec etiam obstat dictum, quod quis potest dedicare se & sua, quia ideo il- lud est, quia bona ueniunt in consequentiam personæ, quia eo ipso quod quis dedicat personam suam mona- sterio, bona consecrati ueniunt, etiam si de illis nulla fue- rit facte mentio, per iura supra allegata. Et multa ueniunt in consequentiam, quæ principaliter fieri non possent. 1. quædam. D. de acquiren. rerum dom. l. in modicis. D. de contrahen. emptio. & not. glo. in c. quere- lam, de simo. cum simil. Et hinc uidemus, quod licet mi- nor uiginti quinque annis habens curatorem, non pos- sit alienare bona immobilia sine decreto iudicis. l. magis puto. §. non passim. D. de rebus eorum qui sub tut. l. lex quæ tutores. C. de administratio. tuto. tamen ingre- diendo monasterium in consequentiam suæ personæ, omnia sua bona dedicat, etiam citra decretum iudicis, ut uoluit Cyn. in d. auth. ingressi. & Cano. in d. c. in præ- sentia, ubi est bonus text.

Sed ad ista respondent, qui priorem sententiam se- quantur. Primum, quod licet inspecto iure Ciuili dica- tur huiusmodi donatio esse contra bonos mores, non tamen inspecto iure Canonico, quia aliter iudicantur boni mores secundum ius Ciuile, aliter secundum ius

Cano-

enim non ualet, ut uoluit Panor. d. conf. 48. col. ult. vers. non obstat secundum, lib. 2.

PRIVILEGIUM CI.

Quamuis donatio inter contractus bonæ fidei non annumeretur, fauore ta- men piæ causæ latissimè interpretan- da est.

Centesimo primò, licet aliàs donatio sit stricti iu- ris, nec ultra naturam uerborum extendatur, ut di- cit Bal. conf. 50. in primis uidentur est post medium. lib. 4. per l. quicquid astringendæ. D. de uerb. obl. & Paul. Cast. conf. 347. quia circa, col. ult. lib. 1. & est bo- nus tex. in l. eum qui. ff. de don. tamen fauore piæ cau- sæ latissima interpretatio fieri debet, ut consil. Bal. 107. quod ista donatio, ante si. lib. 2. per text. in l. locum. in prin. D. de usufr. & l. sunt personæ. D. de reli. & sumpt. fun. & in §. illud, in auth. constit. quæ de dignitatibus.

Donatio ul- tra natura- ram contra- ctus non ex- tenditur. Nisi ad piæ cau- sam.

PRIVILEGIUM CII.

Res alienari prohibita, potest nihilo- minus in causam piam alienari.

Centesimo secundò, res subiecta restitutioni, & quæ ob id alienari non potest, per auth. res quæ. C. commu. de leg. potest tamen in piam causam aliena- ri, ut uoluit Angelus in l. quidam in testamento. §. ult. D. ad Trebellianum, ubi dicit, quod illa auth. excipiens casum dotis, habet locum in quacunque pia causa. Id quod pleriq; extendunt, si ea res sit restituenda ecclesie, aut alteri piæ causæ. Ita uoluit Baldus in d. authen. res que, col. 1. & ibi etiam Cornæus col. 2. & Iafon colum. 9. ver. duodecimò extende, & Ro. consil. 297. circa id de quo quæritur, an res.

Res subie- cta restitu- tioni non potest alie- nari.

Nisi in piæ causam.

PRIVILEGIUM CIII.

Pro redèptione captiuorum, aut alia pietatis causa res ecclesiæ alienantur.

Centesimo tertio, licet res ecclesiæ alienari non possint, ut per totum tit. de rebus eccl. non alien. possunt tamen in causam pietatis, ut pro redemptione captiuorum, vel eleemosyna pauperum, per textum in capitul. aurum. 12. quæst. 2. per quem ita dicit Bald. consil. 368. factum tale est super quo, vers. secundus casus, lib. 3.

Res eccle- siæ non alie- nantur. Nisi in cau- sam piæ eti- tis.

PRIVILEGIUM CIIII.

Feudum de iure Canonico in piã cau- sam potest alienari: fecus de iure Feudo- rum.

Centesimo quarto, licet feudum regulariter alie- nari, aut legari non possit, ut per totum tit. de prohib. feud. alie. ac nec pro anima quidem, se- cundum constitutiones feudorum, cap. 1. §. donare. tit. qual. olim pot. feud. alien. tamen hoc non proce- dit de iure Canonico, secundum Hostien. qui ita tenet

Feudum regulari- ter non po- test aliena- ri. Ne pro ani- ma quid. Aliud de iure Cano- nico.

Aliter iu- dicatur bo- ni mores de iure ci- uili quã de iure Cano- nico. Quis dicit de iure ciuili improbatum que nõ sũt de iure Ca- nonico.

Canonicum, ut declarat Baldus de huiusmodi aut simi- libus pactis in l. pactum dotale. in 29. quæstio. C. de col- latio. & Imol. in capit. cum contingat, colum. 18. de iu- re iurand. & bene facit text. in cap. 2. de pact. lib. 6. & in c. licet, de iure iurand. eodem lib. 6. ex quibus liquidè ap- paret, quædam esse de iure Ciuili reprobata, quia sunt contra bonos mores, non tamen de iure Canonico. Ex quo etiam fit, ut de iure Canonico ualeat iuramentum de non mutando testamento, licet tollat libertatem tes- tandi, ut per Ioan. Andr. in regu. quod semel. de regul. iur. lib. 6. Imol. in d. ca. cum contingat, & in d. c. dilecto. in 1. char. de præbend. & Salycet. in l. sancimus. C. de tes- tament. cum similib. Quod perspicuè nobis demon- strat, Canones nihil curare de huiusmodi moribus: aliàs enim tale iuramentum non esset obligatorium. capi- tulo non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6. Ad respõ- sum quod datur ad dictam l. iubemus dicunt, non posse intelligi de bonis præsentibus tantum, quia patrimo- nium, de quo ea lex loquitur, est nomen uniuersale, si- cuti uniuersitas, & peculium. l. si peculium. D. de pecul. & l. nam quod. §. ultim. D. ad Trebellia. & propterea etiam futura comprehendit. Præterea nisi ille illud de futu- ris etiam intelligeretur, nihil specialitatis pro ecclesia in- troduceret, & ideo esset superfluum.

Aduerte quod ad dictam l. iubemus, quæ præcipuum est fundamentum primæ partis, & ad responfiones, quas proximè attulimus ad solutionem aduersariorum, facitè responderi possent: & quidem multis modis. Primum, quia sub nomine Patrimonij, non ueniunt omnia, nam actiones non concluduntur, l. cum pupillus. ibi, non so- lum quæ habet in patrimonio. sed etiam quæ in nòmini bus sunt. D. rem pupil. sal. for. & iura in contrarium alle- gata procedunt in uoluntate. Item textus ille nõ loquitur simpliciter de patrimonio, sed cum adiectio- ne, scilicet, quod est in bonis, dum dicitur, patrimoniu suum, certam uè partem patrimonij in fundis, prædijs, seu domibus, & c. & sic ponitur ibi patrimonium, pro bonis extantibus. Præterea potest dici, quod id quod di- cit de patrimonio, refertur ad id quod supra dixerat. Sed quocunque se modo res habeat, non potest omni- no patrimonium, si capiat pro hæreditate, referri ad donationem: quia contractu non datur hæreditas l. hæ- reditas. C. de pact. conuent. Denique si bene confidere- tur ille tex. nihil, aut parum ad hanc rem facit, de qua differimus. Non enim ibi quæritur, nec dubitatur de donatione facta ecclesiæ: sed illud ibi principaliter sta- tuitur, nullo modo bona ecclesiarum alienari posse. Vult enim ea lex, acquisitionem factum ecclesiæ de pa- trimonio toto, vel de eius parte per ultimam uolunta- tem, donationem inter uiuos, aut aliàs quocunque titu- lo, in concussam esse, & sine uilla diminutione conserua- ri. Quæ uerba inconcussa sint, & sine diminutione res- piciunt resolutionem contractus, & præsupponunt, donationem ualidam præcessisse, & ibi alienatio prohi- betur ad hoc, ut res conseruetur secundum uoluntatem illorum, qui ecclesiæ donauerunt. Igitur per illum textum dici non potest, ualere donationem factam ecclesiæ, eo casu, quo non ualere facta priuato, quia ibi de hoc non agitur, sed præsupponitur, quod erat facta donatio ualida, quod est intelligendum prout iura dis- ponunt.

Author ad- hucet prio- ri opinio. Modo pri- cipalis ef- fectus diri- gatur in piã causã.

Tamen quia prima opinio est communior, & fauet piæ causæ, eam sequor, & sequendam esse cenfeo: cum ea tamen limitatione, ut procedat, cum donationis ef- fectus principaliter dirigatur in piam causam, quia fit ecclesiæ, vel piæ causæ: fecus si principalis effectus dirigatur in priuatum, tamen in quandam consequen- tiam cedit commodo piæ causæ. Verbi gratia, si quis donaret Titio omnia bona sua præsentia, & futura, cum eo onere, ut teneatur facere eleemosynas, tunc

per quindecim argumenta, & rationes in Summa tit. de immuni. eccles. §. in quantum. ver. sed nec illa. id quod dicit sing. & perpetuo menti tenendum Roma. sing. §. 29. tu seis quod uasallus, ubi hoc dicit se nesciuit se, cum repeteret authent. similiter. C. ad legem Falcid. Sed & hoc idem tenet Specu. tit. de feud. §. 1. versic. 19. & Anton. in c. vlti. de immunita. eccles. Calde. tit. de feud. conf. 10. an feudatarius, & ipse Roma. conf. 199. præfens statuti particula, in fin. Sed tu super hoc vide Felyn. in c. inter dilectos. col. 8. ver. in glo. in verbo con ferebat. de fide instrum.

PRIVILEGIUM CV.

Contra bonos mores est pacisci de hereditate uiuentis. Quod an in milite & pijs causis obtineat, hic disputatur.

Pañum de succedendo ad inualidum. Secum iter milites. Expijs causis. Argumen tum de mi lilibus ad pijs cau sas.

Centesimoquintò, licet aliàs non valeat pactum de succedendo, per textum in d. l. vlt. C. de pact. tamen cum inter milites valeat, per l. licet inter priuatos. C. eodem tit. valebit etiam fauore piæ causæ. Velet enim argumentum de vno ad alterum, vt per gl. in l. si vt proponis. C. de rei vendic. & in c. apostolicos. 1. 2. quæst. 2. Et ita in specie tenet Bald. in d. l. vltim. col. penultim. versicu. venio ad secundam. C. de pact. & idem Alexand. in l. pactum. col. 2. versicu. tertio fallit. C. de pactis. & cõf. 152. in causa & lite, col. 3. versicu. subdo etiam, libro 6. & Socin. conf. 49. viso instrumto mandati, col. 2. versicu. pro hoc adduco. lib. 4. Calca. cõf. 13. pro parte negatiua. col. 3. ver. quinta, & idem Barb. cõf. 42. clementissimum Deum, col. 4. lib. 1. Iason in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 3. D. de verb. oblig. & Fely. in c. in presentia, col. 2. 2. in 4. quæst. de prob. & Geor. Nat. in repet. ca. quamuis, de pact. lib. 6.

Contrariu afferentes.

Contrarium tamen voluit Bal. sibi contrarius in l. 1. in lect. col. vlt. ver. iuxta hoc quæro. C. de sacrosanct. eccles. ubi dicit expressè per dictam l. licet inter priuatos, quod non habeat locum in pia causa. Nam non est bonum argumentum de milite ad paganum testantem ad pijs causas, nullo enim iure probatur ista æquiparatio, seu similitudo, ideo debemus stare regulæ, vt no. in l. omnis diffinitio. D. de reg. iur. & facit quod not. in l. testamento domini. D. de hæred. insti. Nam in milite propter publicam vtilitatè, sunt specialiter statuta, quæ non sunt trahenda ad consequentiam in non militem. Et hanc partem sequitur Ro. nulla Bal. in d. l. 1. mentio ne facta, in rep. dictæ auth. similiter in 7. speciali inter contractus. C. ad leg. Falcid. hanc quoque rationem adducens, quia non valeat huiusmodi pactum factum à patre filio, per dictam l. pactum quod dotali. C. de pact. Ergo multo minus videtur factum piæ causæ, mul to enim magis fauetur filio, quantum ad legitimam, quàm piæ causæ, per not. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. cum simil. Nec obstat. (inquit) dicta l. licet inter priuatos: quia ibi dicitur valere inter com militones pactum de succedendo sibi inuicem, quod quidem pactum non potest cadere inter priuatum & ecclesiam: cum ecclesia nunquam moriatur, nec propterea possit habere hæredem, cap. liberos 1. 2. quæstio. 2. & ca. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. nec ibi agitur de pacto simplici, vt alter alteri tantum succedat, de quo nunc agimus. Et in hanc quoque partem videtur inclinare Socin. in dicta l. pactum quod dotali. C. de pact. ubi mouetur his rationibus, quod tale pactum videtur etiam lege Canonica esse improbatum, tanquam contra bonos mores, per capit. detestanda, & capit. ne

Non valet pactum de succedendo inter patrem & filium. Magis fauetur filio quàm ad legitimam, quàm pia causa. Ecclesia nunquam moritur.

Pañum de succedendo etiam in pijs causis iure Canonico reprobatum.

captandæ, de concess. præben. lib. 6. dispositiones autem ad pijs causas ligantur lege Canonica. capit. relatum, de testamen. & hoc confirmat, quia iuramentum, quod dicitur. esse quid spirituale, omnino eximitur à iurisdictione legis Ciuili, ut traditur in c. cum sit generale, de foro compet. & tamen iuramentum appositum super tali pacto non debet seruari tanquam contra bonos mores, per ca. non est obligatorium, de regu. iur. lib. 6. & tenent Barto. & communiter omnes in dicta l. pactum. Item milites non ligantur lege Ciuili in dubio, l. 1. D. de testamen. milit. & tamen inter eos non valet illud pactum, nisi sit reciprocum, per dictam l. licet inter priuatos. Sed & in hanc sententiam inclinat Socin. in dicta l. licet inter priuatos, col. 1. in quarto notab. ea ratio ne, quod ea lex non possit extendi ad ecclesiam, cum loquatur quando persona disponens erat actiue priuilegiata, quia miles est que persona, in quam disponitur, priuilegiata, quia est alter miles, quod non est in hoc casu: quia licet ecclesia, in quam disponitur, sit priuilegiata, non tamen is qui disponit. Sed tu omnino vide Philip. Dec. ibi, in 3. notab.

PRIVILEGIUM CVI.

Sola appellatio hæredis etiam in contractu, vel alio actu inter viuos, habet vim dispositionis ad pijs causas.

Centesimosexto, licet aliàs hæreditas non possit alteri dari per contractum inter viuos, l. hæreditas. C. de pact. conuen. tamen non solum dari potest piæ causæ, sed & si quis in contractu, vel in alio actu inter viuos appellet hæredem pijs causam, censetur illam facere hæredem, & in ipsam supremum contulisse iudicium per huiusmodi appellationem. Ita voluit Bartol. in l. tale pactum, §. vlti. & ibi Bald. in lect. antiqua. & Alexa. & Iaf. col. 2. & 3. D. de pactis, per illum text. & in capit. vltim. de success. ab intestat. Alexand. in dicta l. licet inter priuatos, & in l. pactum dotale. C. de collat. & dicto consil. 152. col. 3. versu. subdo etiam, libro 6. ubi hoc dicit singul. & Barbat. qui hoc reputat sing. in repet. l. cum acutissimi. col. 38. C. de fideicom.

Contractu non datur hæreditas. Nisi pia causa datur. Aut appelletur hæredem pijs causam.

Contrarium tenent Angel. Fulg. & Pau. C. astr. in dicta l. tale pactum, §. vlt. Ang. in l. epistola, in principi. D. de pact. Rom. in dicta auth. similiter, in sexto speciali, inter contractus, ubi tamen dicit, quod dictum Barto. quod dicit singul. forte seruarietur in practica, licet non sit verum. & iterum in vltimo speciali, versic. secundo in quantum. Pau. Castren. & Anton. de But. Alexan. in dicta l. pactum dotali. C. de collatio. Sed illorum rationibus satis respondet Iason in dicta l. tale pactum, §. vlti. quem vide, quanquam is de hoc dubitet in l. licet inter priuatos. col. 2. C. de pactis.

Contrariu sentientes.

PRIVILEGIUM CVII.

In contractu ad pijs causas transfertur dominium sine traditione. Ideoque re prius piæ causæ vendita, præfertur emptori, cui priori tradita fuit. Idem si ipsa ecclesia duobus vendiderit.

Centesimosextimo, licet aliàs ex contractu non transeat dominium sine traditione, l. traditionibus.

Sine traditione non transeat dominium.

Nisi in contractu ad pijs causas celebratio.

Re duobus vendita potior est, cui priori res tradita est. Nisi prius sit vendita pia causa.

Quid sit ecclesia vendit duobus, & posteriori prius tradit. Potior est, cui prius res fuit vendita.

C. de pactis. l. si ager. **D.** de rei vendic. cum simil. fallit tamen in pia causa, in quam etiam ex solo contractu transfertur dominium sine traditione, per text. in l. ult. & ibi latè Doct. C. de sacrosanct. eccles. & in l. 1. & ibi gl. & Doct. C. de donat. quæ sub mod. & not. in cap. 2. de consuet. Bald. conf. 86. circa prædicta, lib. 5. & alibi sæpè. Ex quo & illud sequitur, quod licet aliàs re duobus vendita potior sit, cui priori res tradita est, per l. quoties. C. de rei vendic. fallit tamen si prius fuerit vendita piæ causæ, quia tunc præfertur alteri emptori, cui fuit prius tradita, utpote cui iam ex contractu fuit translatum dominium, & ideo cessat ratio d. l. quoties. ita voluit gloss. in dicta l. vlt. in uerbo, in rem. C. de sacrosanct. eccles. quæ id dicit procedere, etiam si fuerit alteri ecclesiæ postea uendita, & prius eidem tradita. & ibi sequuntur Bart. & alij, & gl. in l. siue autem, §. si duobus, & ibi Bald. & Angel. D. de Publicia. in rem actio. omnes Doct. in dicta leg. quoties. Ioan. Andr. & plerique omnes in capitulo continebatur, de his quæ fiunt à prelati. Bald. in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles.

Sed quid quando ecclesia, uel pia causa vendit duobus, & posteriori emptori prius tradit? uter erit prior? Hostien. & Ioan. Andr. in d. c. cap. continebatur, dicunt eum esse potioem, cui prius fuerit vendita, non cui prius tradita, & sequitur Imol. in ca. illufio, in 1. not. de renunt. & Rom. in dicta authent. similiter, in 12. specia ri, circa contractus, & consilio 298. circa præmissam du bij consultationem. Sed hoc reprehendunt Ant. Card. Florent. Pet. Anch. Imo. sibi contrarius, & Panor. in d. cap. continebatur. Iaf. in d. l. ult. col. pen. C. de sacrosan. eccles. & latissimè in d. l. quoties, col. 5. versicu. septimo principaliter, ubi omnium vtrinque rationes & fundamenta sigillatim adscribit.

PRIVILEGIUM CVIII.

Quicquid calore iracundiæ geritur, irritum est, nisi in fauorem piæ causæ gestum sit.

Contractus facti calore iracundiæ annullati. Nisi facti sint in fauorem piæ causa.

Centesimooctauò, licet non valeant obligationes & contractus facti calore iracundiæ. leg. quicquid calore. & ibi Bart. D. de regul. iur. fallit tamen ubi obligatio fieret in fauorem piæ causæ, per text. notab. in capitulo sunt qui opes. 17. q. 4. quam ita ponderat Rom. qui & singul. dicit in sing. 3. 10. incipien. volo commutare, post princip. & Fely. in c. si cautio. col. 3. in 2. fallen. de fide instrum. & ante vtrumque gl. quam neuter allegat, in c. si quis irascitur. 13. q. 2. Tu tamen hic omnino vide gloss. Ioan. Andr. Ant. & Panor. in c. dudum, de conuer. coniug. & omnino Philip. Dec. in dicta l. quicquid. D. de regu. iur. & Iason in l. pater filium, columna 2. D. de inoffic. testam. & D. Thomam 2. quæst. ultima, articulo vlt.

PRIVILEGIUM CIX.

Nulla consistit obligatio sine causa. At in dispositione ad pijs causas fauor supplet uicem causæ.

Obligatio sine causa inualida est.

Centesimononò, licet non valeat obligatio, promissio, siue confessio sine causa. leg. cum in debito. §. ultimo D. de probatio. l. 2. §. circa. D. de dol. mal. & met. excep. fallit tamen ubi fieret in fauorem piæ

causæ, quia is fauor satis est pro causa, vt notab. uoluit Panor. in d. c. si cautio. col. 2. in fin. & ibi post eum Felyn. col. 3. in 2. fallen. de fide instrum. arg. c. vlt. de success. ab intest.

Etiampromissio & confessio. Nisi fieret ad pijs causas.

PRIVILEGIUM CX.

Fideiussoris obligatio est solennis, & pendet ex verborum obligatione: nisi in piæ causæ fauorem fideiussio facta sit.

Centesimodecimo, licet fideiussor non possit obligari, nisi ex stipulatione, per l. stipulationum alia. §. satisfactio. & ibi Dec. de verborum oblig. ita quod etiam non vestiatur ex coherencia contractus, si non interueniat stipulatio. ut dicit not. Bald. in l. ex pacto, col. 17. C. de rerum permut. et in l. si tibi. C. loca. et in l. petens, col. 12. C. de pact. idque etiam de iure Canonico, secundum Bald. in c. 1. col. ult. uersu. pactum nudum, de pact. limitans textum istum procedere in stipulatione. quod etiam dicit sing. Iaf. in leg. iuris gentium. §. quonimo, in 1. no. et in 5. fallen. D. de pactis, et in l. lecta, col. vlti. D. si cert. pet. Tamen non procedit, cum fieret in fauorem piæ causæ, per text. loquentem de dote, in l. ulti. in uerbo, pollicitatione, ubi Bald. not. C. ad Velleia. Rom. Alex. Franc. Aret. et Iaf. qui trahit ad omnem pijs causam, in d. §. satisfactio. Idem Rom. in d. authent. similiter, in quarto speciali contractuum, et Catel. Cott. qui hoc dicit sing. in memor. incip. fideiussor non obligatur.

Fideiussor tantum obligatur ex stipulatione. Nec vestiatur ex coherencia contractus.

Extensio ad omnem pijs causam.

PRIVILEGIUM CXI.

Ex simplici & nudo pacto fauore piæ causæ efficax nascitur actio.

Centesimoundecimo, generalius, licet aliàs non ualeat nudum pactum, nec actionem pariat de iure Ciuili, iuribus vulgarissimis: fallit tamen fauore piæ causæ, per textum loquentem in dote, & ibi Bald. videlicet in l. ad exactionem. C. de dotis promiss. Et sic voluit in omni pia causa Rom. in d. authent. similiter, in quarto speciali, inter contractus, & in l. si fideiussor. §. vlt. D. qui satisf. eog. et Socin. in d. regua 3. 10. etiam in 4. priuilegio, et Calca. conf. 13. pro parte negatiua, col. 2. versu. secundo quia fideiussor, et Fely. in c. 1. col. 6. versu. octaua declaratio, de pact. Sed et de hoc est bonus tex. in l. si quis argentum. §. ult. C. de donat. ubi et hoc not. Bald. qui ad hoc quoque allegat l. si tibi dederim rem, in princ. D. eod. tit. Contra hoc tamen facit, quia dos et fiscus pari priuilegio limitantur. leg. 2. C. de priuileg. fisc. Et bene fauore fisci ex nudo pacto non agitur. Sed de hoc dic vt per Bald. Nouel. in tracta. de do. t. in prin. 6. partis prin. col. 2.

Nudum pactum de iure Ciuili non pariat actionem. Aliud fauore doris. Extensio ad omnem pijs causam.

Dos & fiscus æquiparantur.

PRIVILEGIUM CXII.

Confessio extra iudicium pro pia causa probat.

Centesimoduodecimo, licet aliàs confessio extra iudicium non probet, nec præiudicet consentienti, leg. 1. in fin. et ibi gloss. in l. quoniam. D. de his qui notan. infra. et in l. unica. C. de confes. tamen ad pijs causas va-

Confessio extra iudicium non præiudicat consentienti. Nisi ad pijs causas.

fas ualet & probat, ut pulchre uoluit Bal. in l. 1. colu. 2. uerfi. quidam confessus fuit. C. de fal. cau. adiect. leg. al. legat. c. quoties cordis. 1. q. 7. & c. parochian. de sepult. Idem tamen Bal. confil. 3. 1. R. euerende pater, lib. 2. dicit, quod licet aliis confessio extraiudicialis non ualeat, tamen fauore ecclesie uehementer adminiculatur, per c. cum directus de success. ab intestat. quasi dicat, quod non omnino probat, tamen habet plus uirium, quam si esset in fauorem priuati.

PRIVILEG. CXIII.

Maior habetur ratio & fauor pie cause, quam imbecillitatis muliebris.

Mulier fideiubens pro suo non obligatur. Nisi in sua causa. Fauor dotis est liber. Extensio ad omnem piam causam.

Centesimo decimo tertio, licet aliis regulariter mulier pro alio fideiubens non obligetur ex senatusconsulto Velleiano, ut patet per totum tit. D. & C. ad SC. Velleian. fallit tamen si fideiusserit in fauorem pie cause, per tex. loquentes in dote & libertate, in leg. dotare. & leg. penult. & l. ult. C. cod. tit. quos in omni pia causa intelligit Rom. in dicta auth. similiter, in 3. speciali contractum. & in leg. sciendum, quo loco tractat, an mulier & minor renuntiantes, & iurantes debeant de eorum beneficio certificari. D. de uerborum oblig. & Socin. in dicta regula 310. in 3. quoque priuilegio. & Calca. confil. 13. pro parte negatiua, col. 2. uerfi. prima quia uidetur.

PRIVILEGIUM CXIII.

In fauorem dotis & usurarum restitutionis alteri, quis stipulari potest. Quod in omnibus pijs causis obtineat, in contrario est.

Nemo potest alteri stipulari. Nisi fauore pie cause.

Centesimo decimo quarto, licet aliis alter alteri stipulari non possit, l. stipulatio ista habere. §. alteri. D. de uerbor. oblig. cum simul. potest tamen alter pie cause, & ipsi quidem absenti uerbis directis stipulari, per gloss. in c. quoties cordis, 1. q. 7. quam ita intelligit Bald. in leg. illud. col. 2. C. de sacrosanct. ecclesie illa dicit singul. & confil. 86. circa predicta, libro quinto & sequitur Alexand. in dicta l. stipulatio. §. ultimo ubi est de hoc bonus text. & Ang. Aret. in §. cum autem. In fili. de adopt. & in §. alteri. In tit. de inutil. stipul. & Barba. confil. 87. prope est dominus, col. 2. li. 4. Calca. dicto confil. 13. col. 2. uerfi. tertia est regula. Felin. in dicto cap. si cautio. col. 8. & seq. in 2. fallen. de fide instrum. & Alexand. in dicta l. stipulatio. §. ultim. & Ias. in eadem l. §. alteri. col. 2. uerfi. sexto limita. D. de uerborum oblig. & idem Iason in l. qui Romae. §. Flauius. col. antepenult. uerfi. adde etiam. eodem tit. ubi dicit illam gl. not. & singul. Franciscus Ripa lib. 3. Respons. c. 1. prima dubitatio, col. 5. Et bene facit, quia etiam fauore dotis potest quis alteri stipulari, l. Gaius. & ibi Bart. & Alexand. in 1. notab. D. solut. matrim. l. pactum. C. de pact. conuent. & uoluerunt Paul. Alex. & Ias. in d. l. stipulatio. §. si stipulor. Bald. Nouel. in tract. de dote, in 6. parte principali, in 22. priuileg. & seq. & Iason in dicto §. alteri. colu. 2. uerfi. secundo predicta regula. Hieronymus de Zane tis inter confil. Socin. confil. 6. licet adijcere, in fin. lib. 4. Nam pia causa tantum habet fauoris, quam dos, per no. per Bart. in l. cum is. §. si mulier. & ibi recentiores. D. de condit. in deb.

Et fauore dotis.

Tantiu habet fauore. vis pia causa, quam alia.

Aduerte tamen quod plerique omnes aliter intelli-

gunt dictam gloss. in dicto ca. quoties cordis, tanquam uidelicet simpliciter faciat discrimen inter ius Ciuile & Canonicum, de quo per Ioan. Andr. Panorm. & alios in dicto cap. si cautio. Anton. & Panorm. in procepio Decretal. Panorm. in c. ultim. col. 5. uerfi. sed an de iure Canonico. de confess. Imol. Rom. Alex. & recentiores in dicta l. stipulatio. §. alteri. et Rom. confil. 44. presens instrumentum. col. ultim. Raph. Cum. confil. 83. uisa copia col. 2. Corne. confil. 63. uidebatur primo aspectu, columna 2. libro primo et consilio 113. circa primum, col. 3. eodem libro primo. uide Bald. qui eam gloss. allegat in l. certi conditio. §. si nummos. D. si certum petatur. et in l. generaliter, in 10. quaest. C. de non numer. pec. et in l. pactum, in 9. quaest. C. de collat. et in auth. sacramenta puberum, ad finem. C. si aduersus uendit.

Alius eiusdem rei tollit.

Et quantum ad nostrum casum pertinet, contrarium uoluerunt Specul. et Ioan. Andr. in tit. de arbit. §. sequitur, uerfi. sed pone compromissum est. et in titu. de locat. §. nunc aliqua. uerfi. 64. et expressè Angel. et Imol. in dicta l. stipulatio. §. ultim. et Roman. qui horu nullam mentionem facit in d. §. alteri. & in d. auth. similiter, in 5. speciali, motus per ca. quanquam, de usur. libro 6. ubi speciale est in illo casu, quod quis possit alteri stipulari in fauorem illius pie cause, scilicet restitutionis usurarum. ergo in contrarium est ius commune in alijs pijs causis, l. ius singulare. & l. quod uero. D. de legibus.

Contrarium assertos.

Speciale fauore restitutionis usurarum.

Sed huic rationi confestim occurrunt Felin. in dicto c. si cautio. ubi supra allegauimus. Nam fauor anime fuit causa illius specialitatis, ideo & procedit, ubi est si milis fauor: quasi dicat illud esse speciale, non simpliciter respectu restitutionis usurarum, sed respectu fauoris anime: & ideo id semper procedit, ubi est fauor anime. Sed ego miror de Rom. & Felin. qui ita uidentur intelligere dictum c. quanquam, tanquam in suo casu permittat passim, & omnibus alteri stipulari, cum tamen contrarium innuat. Nam de illis nuncupatum loquitur, qui alij possunt acquirere, ut ait, absente loci ordinario, aut eius uices gerente, siue rectore parochie: quasi ceteris id non permittat, ideo cogita.

Responso ad argumenta contraria opin.

Author contrarium affirmat.

PRIVILEGIUM CXV.

Donatio vel promissio facta in fauorem pie cause, etiam absenti effectum fortietur.

Centesimo decimo quinto, simile est, quod licet non ualeat promissio, siue donatio, quae fit absenti. l. 1. in princip. D. de uerbor. obligat. & not. in l. absenti. D. de donat. fallit tamen si fiat absenti pie cause, ut consuluat Corne. confil. 215. uidetur prima facie dicendum, col. 4. uerfi. & maxime apparet quod dictus Ioannes, lib. 2. per not. per dictam gloss. quoties cordis. & per gl. in c. iuramentum. 22. q. 5. Et facit ultra illum, quia promittens pie cause, uidetur. Deo promittere, qui est ubique iuxta illud.

Absenti nemo stipulari potest. Secus si absens sit pie causa.

Iuppiter est quacunqu uides, quacunqu moueris. Per quam rationem ita quoque uoluerunt Iac. Rayn. Cyn. & Alber. in dicta l. illud. C. de sacrosanct. ecclesie. & illos sequi uidetur Bald. in authent. similiter, post prin. C. ad legem Falcid. Paulus Cast. in leg. decernimus. C. de sacrosanct. ecclesie. In qua etiam sententia fuit Bald. in l. cum hi. in ultim. lectur. col. 2. D. de transact. & dicto confil. 85. li. 5. Panorm. in superscriptione proemij Decretalium, in ultim. col. & ibi Felin. col. 7. uerficulo & ex isto. ubi hoc dicit etiam singul. & idem Panorm.

Promittens pie causa uidetur Deo promittere.

PRIVILEGIUM CXVII.

Confessio facta ad exonerandam conscientiam, etiam parte absente, habet vim debiti confessati, tanquam parte presentem fuisset acceptatum.

Centesimo decimo septimo, hoc confirmat dictum Not. Angel. in aliquibus suis reportatis antiquis, in l. cum quis decedens. §. codicillis. D. de legat. 3. quod relictum factum pauperibus pro exoneranda conscientia, non potest reuocari: quia habet vim debiti confessati, tanquam fuerit parte presente acceptatum. quod dictum pro singul. sequitur Barba. in repet. l. cum acutissimi. chart. penult. uerfi. quid si testator. C. de fideicom. & Catel. Cotta in memoriali, incipiente, absenti potest acquiri. & iterum in memoriali, cuius est initium, apices iuris. Sed ante Angel. idem uoluit Bald. in l. generali. in 10. quaest. C. de non numer. pecun. id quod maxime notandum est ad limitationem eorum, quae regulariter diximus, confessionem factam in testamento posse a testatore quandoque reuocari, nec hoc casu probare, per l. Lucius. §. quisquis. huius initij 2. D. de leg. 2. & l. Lucius. §. Sempronius. D. de legat. 3. l. Aurelius. §. uti mo. D. de liber. leg. & l. 3. in fin. cum l. seq. D. de adim. leg. cum similib. ut uidelicet id non procedat in confessione facta ad exonerandam conscientiam, uerum etiam in hoc casu: contrarium expressè tenuit Bart. in d. §. codicillis. Cyn. in d. l. generaliter. in 10. quaest. C. de non numer. pecun. & Baldus sibi contrarius, in l. rationes. in 2. quaest. C. de probation. & in repet. l. 1. col. penultim. uerficul. super nona quaestione. C. de sacrosanct. ecclesie. Iacob. Bell. in auth. de iureiurand. a mori. praestit. uide Bald. in l. ultim. C. si a non compet. iudic. & consilio 262. suadeo heredi, libro 3. & Ang. sibi etiam contrarius in l. 1. C. de fal. caus. adiect. leg. & Lanfranc. Oria. in repetit. capitulo quoniam. de probationibus.

Reliqua pauperibus pro exoneranda conscientia non potest reuocari.

Confessio facta a testatore in testamento, quandoque reuocari, nec hoc casu probare, per l. Lucius. §. quisquis. huius initij 2. D. de leg. 2. & l. Lucius. §. Sempronius. D. de legat. 3. l. Aurelius. §. uti mo. D. de liber. leg. & l. 3. in fin. cum l. seq. D. de adim. leg. cum similib. ut uidelicet id non procedat in confessione facta ad exonerandam conscientiam. Contrarium assertos.

PRIVILEGIUM CXVI.

Confessio in fauorem pie cause facta, propter absentiam partium non reuocatur.

Centesimo decimo sexto, simile quoque est, quod licet non ualeat, nec probet confessio facta absente parte, l. certum. §. si quis absente. D. de confessis. l. vlti. & ibi gloss. D. de interrog. actione. & glo. in l. cum de in debito. §. vltim. D. de probationibus. cum concordant. Fallit tamen in confessione facta in fauorem pie cause, ut uidetur uoluisse Baldus, in l. generaliter, in 10. quaestione. & ibi Salyc. in 13. quaestione. C. de non numerata pecunia. & expressius idem Baldus in dicta authent. similiter, in princip. C. ad legem Falcidiam. & Anton. in dicto cap. si cautio. & ibi Felinus col. 8. uerfic. fallit secundo, ubi multa aggregat, de fide instrumentorum. & Corn. dicto confil. 215. col. 2. in fin. libro 2. Et facit quod uoluit Baldus in l. rationes, col. 2. Cod. de probationibus. quod confessio facta in foro poenitentia li, in absentia partium ualeat, nec reuocari potest, per textum in cap. quanquam, de usur. & gloss. in dicto cap. quoties. 1. quaest. 7. quod dictum reputat singulariter, dicitque nusquam alibi reperiri, in l. tale pactum. in princip. col. 2. uerfi. sexto. D. de pactis. Et quod generaliter uoluerunt Anton. Cardin. Florent. & Imol. in dicta l. si cautio. quod ubi debet seruari aequitas iuris Canonici, confessio facta parte absente, habet effectum plenae probationis, per not. in cap. quoties cordis oculis. 1. quaest. 7. & eidem uoluit Dom. in cap. testes. §. de his. 1. quaest. 9. & Alex. qui hoc dicit singul. confil. 15. uisa scriptura, col. 2. lib. 7. & confil. 122. uiso processu. col. 2. bene dicit, eodem libro septimo.

Fauore dotis mulieri etiam absenti actio quaeritur.

Dotis priuilegia pijs causis competunt Contrarium sentientes in pia causa.

Donatio facta pauperibus, requirit presentiam eorum. Secus in uoto.

Donatio facta ad ornatum templi, ualeat, etiam nemine recipiente.

Confessio facta parte absente nihil probat.

Nisi facta sit in fauore pie cause.

Aut in foro poenitentia.

Seruato iure Canonico confessio facta parte absente facta, habet vim plenae probationis.

PRIVILEGIUM CXVIII.

Fauorabilior est causa liberorum, quam ecclesie.

Centesimo decimo octauo, licet aliis reuocetur donatio, si is qui donauit, cum filios non haberet, postea filios suscepit, per illam singul. l. si unquam. C. de reuoc. donat. tamen donatio facta pie cause non per hoc reuocatur, nisi usque ad legitimam, ut uoluit gloss. not. in c. ultimo. 17. quaest. 4. quam sequitur & commentat Bart. in l. Titia Seio. §. Imperator. col. 2. D. de legat. 2. Bald. Angel. & Salyc. in l. 1. C. de inoffic. donat. Imol. & Panorm. in c. vltim. de dona. Rom. qui illa n. gl. dicit singul. dicta regula 310. in 8. priuilegio. Corn. confil. 2. in praesenti consultatione. col. 2. ultim. libro 3. & confil. 300. in hac consultatione. col. 3. libro 4. Barbat. in repet. l. cum acutissimi. col. 2. uerficul. restat nunc examinare. C. de fideicom. n. & Iaso in auth. si qua mulier, col. 1. C. de sacrosanct. ecclesie. & Felinus in c. in praesentia, col. n. 2. uerfi. quarto quero. de probat. & Corn. in suis singul. in uerbo, donatio, incip. licet donatio.

Intuitu reuocatur donatio facta a patre. Nisi sit facta ecclesie. Quo casu reuocatur usque ad legitimam.

Verum contrarium sentit gloss. in c. si quis irascitur. 13. quaest. 2. cum dicit hoc casu honestum esse, ut ecclesia reddat bona sibi donata, per textum in dicto ca. vltim. 17. quaest. 4. Nam si id honestum est, haud dubie neces-

Contrarium assertos.

Quod hominum, id necessario obseruanda. Maxime ab ecclesia

fario obseruandum, per l. semper in contractibus. & quod ibi not. gl. D. de regul. iur. & maxime quidem ab ecclesia, per not. per gl. in c. hoc ius porrectum. 1. 2. q. 2. iuncta gl. in dicta l. semper. & per Ioan. Andr. in c. contentebatur. de his quæ fiunt à prælati. Et hanc partem expressè videtur sequi Bald. in dicta auth. si qua mulier. colum. 2. in 3. not. Cogita & vide quæ diximus supra, in 14. priuilegio.

PRIVILEGIUM CXIX.

Falsa opinione solutum pietatis causa, tanquam indebitum repeti non potest.

In ius pietatis, cõcessi sunt irrevocabilia.

Centesimo decimonondò, generalius, quæ intuitu pietatis cõceduntur, sunt irrevocabilia, ut dicit Sign. conf. 26. quæstio talis est, utrum donatio. col. 2. vers. præterea, quod intuitu. per text. in l. cum is. §. si in ea. ff. de condic. indeb. & l. ex duobus. §. vltim. & l. Nefennius. D. de neg. gest. & l. alimenta. C. eod. tit.

PRIVILEGIUM CXX.

Res ab administratore comparata ex pecunia ecclesie, fauore piæ causæ, censeatur ecclesie.

Res empta ex pecunia mea, nõ est mea

Centesimo uicesimo, licet regulariter res empta ex pecunia mea, non sit mea, l. i. ca. Cod. de rei vend. & l. si patrus. C. commu. vtriusque iud. & l. 1. C. si quis alte. vel sibi. & l. si de tua. C. de dona. inter vir. & vxor. fallit tamen in re empta ex pecunia ecclesie, & sic piæ causæ, ut voluit glo. in l. si vt proponis. & ibi Dd. C. de rei vend. & in l. 3. C. arb. tutel. & gl. in c. inquirendum. & ibi Innoc. Host. Ioan. Andr. Panorm. & omnes. extrâ de pec. cler. & gl. in c. apostolicas. 1. 2. q. 2. & Specul. tit. de empt. & vend. §. tertio loco. vers. hoc autem scias. & Rom. in dicta authent. similiter. in 10. speciali, qui hoc dicit satis probari per textum in capit. 1. & seq. 14. quæst. 4. & in cap. fixum. 1. 2. quæst. 5. licet Host. & Ioan. Andr. in dicto ca. iudicandum, dixissent, id nullo textu probari.

Modo ab administratore ecclesie emptum sit. Pupilli nõ est quod ab extraneo eius pecunia emptum est.

Quod tamen intellige, quando res empta est ab administratore ipsius ecclesie, aut piæ causæ, secus si ab alio, quia tunc non esset ipsius ecclesie, aut piæ causæ, quod ex sua pecunia esset emptum: sicut nec pupilli esset, quod ab extraneo esset eius pecunia emptum. Ita voluit Iac. Aret. Bar. Bald. Paul. Castr. & omnes in dicta l. si vt proponis. per rationes & iura ibi per eos allegata, quæ tu videre poteris.

PRIVILEGIUM CXXI.

In fauorem ecclesie solo cedit edificatio.

Quicquid solo in adificatur, solo cedit. Nisi clericus ex pecunia ecclesie in suo fundo adificet.

Centesimo uicesimo primò, generale est, quod aliàs edificium in alterius solo factum, ipsi solo cedit. §. cum in suo. Insti. de rer. diuis. tamen si quis clericus ex pecunia ecclesie in suo fundo adificet, tantum abest ut id edificium solo cedat, verum è diuerso cedit solõ edificio, & sic vtrumque, & solum & edificium ecclesie. Ita voluit glo. not. in d. c. apostolicos. in verbo, confluxisse. 1. 2. quæst. 2. quam sequitur Spec. in tit. de emp.

& vend. §. tertio loco. vers. quid si clericus. & Bald. in l. in tantum. D. de rer. diuis. & Bart. qui illam dicit singul. in addit. ad Bald. in c. 1. §. & quia vidimus colum. 6. tit. de his qui feud. da. pos. vbi tamen illam intelligit, modò ecclesia soluat pretium fundi. & in c. cum olim. colum. 3. D. de offic. deleg. & in c. inquirendum. colum. 2. de pecul. cler. & in tract. de præstan. Card. in 3. q. col. 15. Sed & Ioan. Andr. in addit. Specul. vbi supra, dicit illud dictum gl. non bene probari, nec ibi, nec alibi, & potius videri, quod res maneat communis pro rata, ne locupletetur ecclesia cum aliena iactura, c. locupletari. de regul. iur. lib. 6. cum similib. ne fauor ecclesie iniustitiam pariat, c. nuper. de dona. inter vir. & vxor. & facit c. generalis. 54. dist. & c. fraternitatis. 1. 2. q. 2. Sufficit ergo, inquit, ecclesie, quod ob eius fauorem edificium solo non cedat, & sic vitet damnum quod aliàs incurret. Et hoc sequitur Rom. in d. auth. similiter. in 11. speciali contractuum: Idem tamen in vltimo speciali dicit, quod dicta gl. possit saluari in casu. ca. quantum est. 17. q. 4.

Modò ecclesie pretium fundi soluatur: Contrariũ sentientes.

PRIVILEGIUM CXXII.

Obligatus ad faciendum, fauore piæ causæ, præstando id quod interest liberatur.

Centesimo uicesimo secundò, licet præcisè quis non possit cogi ad factum, sed liberetur, præstando id quod interest, si quis ab alio. in fi. D. de re iudic. & l. si pulationes non diuiduntur. versic. Celsus. D. de verb. oblig. fallit tamen fauore piæ causæ, per textum loquentem in libertate, in l. qui Romæ. §. Flauius. & ibi Raph. Cum. Paul. Castr. Franc. Aret. Socin. & Ias. ff. de verb. oblig.

Nemo precise tenetur ad faciendum. Secus si uero recipiat causam.

PRIVILEGIUM CXXIII.

Iure digestorum nudo pacto facta donatio ad piæ causas valebat.

Centesimo uicesimo tertio, licet olim de iure scilicet Digestorum, non valeret donatio nudo pacto facta, sed requirebatur stipulatio. l. si quis argentum. §. si autem. C. de donat. tamen valebat ad piæ causas. l. si tibi dederim. in princ. D. de donat. quam ad hoc citat Bal. in l. si quis argentum. §. si autem. C. eod. tit.

Stipulatio in donatio ne necessaria. Secus ad piæ causas.

PRIVILEGIUM CXXIII.

Donationes ad piæ causas factæ, quauis excedant summam quingentorum aureorum, non requirunt actorum confessiones.

Centesimo uicesimo quarto, licet aliàs donatio excedens summam quingentorum aureorum, debeat insinuari, ut not. glo. in l. sancimus. & l. penul. C. de dona. fallit tamen in donatione facta piæ causæ. Et id quidem indubitatum est in donatione facta pro redemptione captiuorum, per text. expressum in l. penul. in princ. C. eod. tit. Sed & idem in omni piæ causa tenent Spec. in tit. de instrum. edit. §. porrò. versic. idem nota quod donationes. per text. in l. illud. C. de sacros. eccles. & in §. si minus. & in auth. de non alien.

Donatio excedens summam quingentorum aureorum insinuat. Nisi sit facta piæ causa. Maxime pro redemptione captiuorum.

Extensio ad omnem piæ causam. Impertum & sacerdotium nõ differunt. Etiam de iure canonico.

rebus eccle. quod & tenuit Pileus quæst. 123. quem refert Ioan. Andr. in addit. Specul. vbi supra, motus quod quemadmodum videtur donatio facta finiri siq̄ insinuatione, per d. l. sancimus, & auth. ibi positam: ita etiam facta ecclesie, aut loco religioso, cum non differant imperium, & sacerdotium, per iura quæ allegat. Et hæc quoque partem sequitur Ioa. Andr. in c. in præsentia, colum. vlt. de probat. Alber. & Bart. in d. l. illud. & ibi Alex. in addit. ipsius Bart. C. de sacros. eccl. per d. l. penultim. C. de don. Host. Ioa. And. et Anto. in c. ult. de fide instrum. idem Host. in Summa, tit. de donat. §. quæ donatio. Bal. in l. consulta. in fin. C. de testa. Ioan. Calder. conf. 3. sub rubr. de donat. Roma. in l. Modernus. D. de donat. Panorm. in ca. relatum. huius initij 1. colum. 1. de testam. Cuma. conf. 105. quædam domina Lucia. colum. penult. vers. superest uidere. Paul. Castr. conf. 212. omisso ordine, colum. 2. uers. præterea donatio, lib. 2. Mathesil. qui hoc dicit procedere de iure Canonico, quod dicit esse ubique obseruandum, licet lex Ciuili aliter disponat, notab. 170. nota quod leges. & Franc. Aret. in l. 1. colum. 1. in 11. priuileg. C. de sacros. eccl. Soc. conf. 115. uidebatur prima consideratione, col. 2. uers. nec obstat si dicatur, lib. 4. Felin. post Anto. & alios in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 30. de constitut. & Calc. conf. 13. pro parte negatiua. col. 3. uers. decimotertio idem uidemus. vbi & ipse allegat text. in l.ulti. C. de iure dot. & Ias. in l. 1. col. penult. uers. ulti. D. solut. matrim. Franc. Ripa, lib. 3. Respon. c. 1. 1. prima dubitatio, paulò ante fin. Sed contrarium voluit gl. in d. l. illud. & ibi Pet. Guil. Cyn. Bal. in 3. quæst. & Paul. Castr. per text. ibi. C. de sacros. eccl. gl. in d. l. sancimus. in uerbo, ad quingentorum. & ibi Bald. col. 2. C. de donat. & gl. in §. si minus, in uerbo, firma. in auth. de non alien. Raph. Cum. conf. 28. de fundo dato, colum. vlt. Barbat. conf. 65. referam in medium, colum. 10. lib. 4. Maria. in tract. suo oblationum, in 9. lib. q. 6.

Contrariũ asserentes.

PRIVILEGIUM CXXV.

Condictio indebiti non competit ob indebitum solutum piæ causæ.

Centesimo uicesimo quinto fauore piæ causæ indebitum solum nõ repetitur, per text. loquentem in dote, in l. cum is. §. si in ea. D. de condic. indeb. & melius in §. vltim. Insti. de obliga. quæ ex quali contract. nascunt. & ita voluit Baldus in leg. ea quæ. C. de condic. indeb. & ita consuluit Rom. consilio 428. in terminis ppositæ consultationis, in fine 1. dubij. Et facit text. loquens de libertate, in l. quamuis. C. de fideicom. liber. quam et Bald. ibi, in 1. notab. extendit ad aliam quamuis piæ causam.

Fauore dotis indebitum solum nõ repetitur.

Idem in libertate. Extensio ad omnem piæ causam.

PRIVILEGIUM CXXVI.

In dubio titulum piæ causæ præsumendum est priorem fuisse quouis alio.

Centesimo uicesimo sexto, si reperiantur duo instrumenta eodem die confecta, nec constat utrum illorum sit prius, posteriùsue, licet aliàs utrumque uietur, secundum Dyn. et Bart. in leg. 1. §. non autem. in fin. D. de bonorum, posses. secund. tabul. Cyn. post Pet. in l. hac consultissima. §. si autem, in fin. C. de testamentis, cum similib. præsumitur tamen instrumen-

Propter incertitudinem utriusque instrumenti uietur.

tum factum in fauorem piæ causæ fuisse prius confectum, ut potius sit ius ipsius piæ causæ, ut voluit notabiliter Rom. in dicta auth. similiter. in 13. special. inter contractus, vbi refert singulariter consuluisse Francisc. Aret. Seniores, quod agens hypothecaria ad rem aliquam, quam dicit fuisse debitorum, debeat probare suam bonorum obligationem præcessisse donationem de ea re factam, reo conuento, per text. notabil. in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Verum in fauorem piæ causæ præsumendum est in dubio suum titulum esse priorem alterò, per text. singul. loquentem in fisco. l. 1. & ibi Bar. C. de iure fisci. lib. 10. nam piæ causa, & fiscus æquiparantur, l. vlt. C. de sacros. eccles. & §. si minus. in auth. de non alien. ex quo sumitur authen. sicut. C. de sacros. eccl. cum similibus alibi adductis. & hoc sequuntur Socin. Iason, Aquen. & Thom. Parp. in l. 1. in princ. D. solut. matrim. Socin. conf. 67. eadem die, col. 5. versic. confirmatur hoc fundamentum. & Iason qui hoc dicit singul. in l. vlt. col. penul. & ibi etiam Philip. Decius col. vlt. C. de edict. diui Adria. toll. & hoc quoque uoluit Ioan. Pla. in d. l. 1. C. de iure fisci. & Philipp. Decius in l. in ambiguis. D. de regul. iur. Et facit quod post Dyn. uoluit ipse Bart. & omnes post eum in d. l. 1. D. solut. matrim. quod etiam in dubio instrumentum dotis præsumitur cetera precedere, quod & uoluerunt Dyn. & Bal. in l. in ambiguis, per illum text. D. de iure dotium, quia si hoc in dote præcedit, multò fortius in piæ causa, quia fauorabilior, est ut alibi diximus. Quin illud in dote ad eò procedit, ut etiam præferatur instrumento fisci, eodem die confecto, cum de tempore non constat, ut uoluit Bald. in l. dotis. C. de iure dot. & in l. ad exactionem. C. de dot. promi. & Nicol. in l. quamuis. C. de priuileg. fisci.

Nisi alterum sit factum in fauorem piæ causæ. Agens hypothecaria, probare debet suum titulum priorem fuisse altero. Secus præsumitur in piæ causis. Piæ causa & fiscus æquiparantur.

Instrumentum dotis præsumitur cetera precedere. Etiam instrumentum fisci eodem die confectum.

PRIVILEGIUM CXXVII.

Instrumenta inuicem pugnantia, in commodum piæ causæ intepretanda sunt.

Centesimo uicesimo septimo, ex eodem fonte manat, quod si reperiantur duo instrumenta inuicem pugnantia, ut quia unum attestatur, Titium tali die & tali loco id fecisse, alterum eodem die, sed alio loco ita remoto, ut in eodem die esse non potuisset in utroque, ignoraturque utrum sit uerum, an falsum, standum est ei, quod est in commodum piæ causæ, & rei fauorabilis, ut uoluerunt Cyn. & Ray. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul. Cynus in l. in exercendis, in 2. q. C. de fide instrum. Ioan. And. Anto. et Pan. in c. impunitari. eodem tit. Alexan. conf. 190. plura narrata sunt, col. 4. uers. secundò respondeo, libr. 6. per l. in ambiguis. & l. libertas, de regul. iur. cnm simil.

Instrumenta sibi inuicem contraria. In ambiguis standum est pro piæ causa.

PRIVILEGIUM CXXVIII.

Donatio aliàs prohibita sumit effectum, si conuertatur in piæ causam.

Centesimo uicesimo octaudo, licet aliàs nõ ualeat donatio inter uirum, et uxorem, toto tit. de don. inter uirum et uxorem fallit tamen, si fiat ut conuertatur in piæ causam, ut per text. in l. si sponsus. §. concessa. D. eod. tit. uoluit Guil. Cu. in l. sed et si possessori. §. item si iurauero. D. de iure iur. Bar. in l. Seius & Augerius. D. ad leg. Falcid. Alex. conf. 152. in causa et lite. uers. tertio licet aliàs, lib. 2.

Donatio inter uirum et uxorem ad piæ causas facta ualeat.

PRIVILEGIUM CXXIX.

Pater non prohibetur donare filio ad pias causas.

Donatio inter patrem & filium in causa dote.

Extensio ad omnia piam causam.

PRIVILEGIUM CXXX.

In generali prohibitione alienationis, semper intelligitur excepta pia causa.

Generaliter prohibita donatione, non censetur prohibita ad pias causas.

In prohibitione generaliter prohibita donatione, non censetur prohibita ad pias causas.

Contrarij sententias. Generalis prohibitio de alienando non censetur prohibita ad pias causas.

PRIVILEGIUM CXXXI.

Pignus alienatum ad pias causas, sciente & tacente creditore, censetur ab eodem remissum.

Qui tacet, & patitur, non videtur consentire in suum praesidium.

tur Rom. & Alex. ille. col. vlt. hic, col. 8. in l. qua dotis. D. solut. matrim. & voluit etiam Ioan. Andr. in regula, qui tacet. de regul. iur. lib. 6. Panor. in c. nonne. de praesumpt. Rom. conf. 311. in causa proposita consultatio nis, vers. in 10. dubio. Soc. c. conf. 291. visis literis, col. 7. vers. praeterea hanc partem, lib. 2. Philip. Dec. conf. 66. de duobus quaeritur, col. penult. pro quibus bene facit tex. in auth. si seruis sciente domino, vbi etiam id not. Bal. C. de episcop. & cler. & in c. si seruis. 54. distin. Et quod in simili dicitur de fisco, in l. si hypothecas. C. de remis. pign. Et vide quod scribit Philip. Dec. in c. super eo. col. antepen. vers. sed ad ista responderi potest, iunctis praeced. de offic. deleg.

Exemplum in libertate. Extensio ad omne piam causam. Nisi etiam ad piam causam sit.

PRIVILEGIUM CXXXII.

Mandatum factum piae causae, durat re integra, etiam post mortem mandantis: nec potest illius haeres reuocare, cum non appareat mutatum voluntatem.

Entesimotrigesimosecundo, licet alius mandatum re integra morte mandantis finiatur. l. mandatum. C. mand. cu. simil. fallit tamen in mado facto piae causae, quod nec re integra finitur morte mandantis, nec potest illius haeres reuocare, vt not. voluit Bald. in auth. si qua mulier, col. vlt. vers. quarto not. C. de sacros. eccl. per tex. quem dicit sing. in Clem. exijt. §. in eo vero casu, de verb. sign. & idem Bal. qui hoc dicit not. dignum, in d. l. mandatum, col. 3. ver. sed contra hoc oppo. & ibi Salyc. col. 6. in 13. oppo. C. mand. vterque per tex. loquentem in dote, in l. ergo. §. 1. D. de iure dot. & idem Bald. in l. cum magistratus, col. 1. C. quand. prouo. non est neces. per c. ult. de testam. lib. 6. & ipse Bald. in l. si de functus, in fi. D. de procura. Roma. in l. 2. ff. fol. matrim. & in d. auth. similiter. in 17. speciali, inter contractus, no per text. allegatos. & per Bald. in prioribus locis, quos nititur probare, nihil ad hoc facere, sed per text. loquentem in libertate, in l. si pater filio. D. de manum. vindict. & idem Rom. conf. 119. in 1. conclusione, vbi ad hoc dicit singul. tex. in d. Clem. exijt, quo loco supra citauimus, & Alexan. in addit. Bar. in l. 2. §. sed si quis donaturus. D. de dona. & Iason. in l. eius qui in prouincia. in vers. placebat, col. 1. vers. istam regulam. D. si cert. pet. vbi & facit singul. tex. in dicta Clem. exijt. illum autem textum in d. l. si ego. §. 1. dicit sing. Bald. in c. cum venisset, de testa. super quibus vide omnino Ias. in d. l. eius qui. uers. placebat, col. 1.

Mandatum re integra morte mandantis finiatur.

Secus in mandato factio pia causa.

Et in dote.

Et in libertate.

PRIVILEGIUM CXXXIII.

Poenitentia non habet locum in contractibus ad pias causas, etiam re integra, secus tamen in libertate.

Entesimotrigesimotertio, licet in contractibus innominatis re integra sit locus poenitentiae. l. si pecuniam. D. de condit. ob. caus. cum simil. in celebratis tamen ad pias causas non habet locum poenitentia etiam re integra. ut voluit Bald. qui dicit not. in l. sicut. in fin. C. de actio. & oblig. & per text. in l. si quis pro redemptione. C. de dona. & per id quod in simili dicitur, quod etiam fauore dotis non habet hoc casu locum poenitentia, per text. in l. si ego. §. 1. D. de iure dot. Id quod etiam voluit Bald. per tex. postremo loco allegatum.

In contractibus innominatis re integra locus est poenitentiae. Nisi ad pias causas sit celebrati.

Contrarij asserentes.

Qui contra xit pot poenitere, et quod ad libertatem. Responso ad contraria argumenta.

Heres non potest re integra re filire ab huiusmodi contractibus. Ratio diuersitatis inter haeredem & defunctum.

tum in d. l. mandatum, col. 3. vers. sed contra hanc opin. & ibi quoque Saly. col. 6. 13. oppo. C. mand. & Alex. in l. qui Romae. §. Flauius, col. 7. D. de verb. oblig. & Soc. vbi supra, in 17. priuileg. Et illud de dote etiam per illum tex. voluit Bar. in l. 2. §. si pecuniam. D. de dona. & in l. si pecuniam. §. 1. aut. 2. D. de condit. ob. caus. & Rom. in l. 1. D. solut. matr. Verum contrarium aperte sentit in d. l. qui Romae. §. Flauius, in exemplo per eum ibi posito & apertius Franc. Aret. ibi, & Rom. in repet. d. auth. similiter. in 18. special. contractuum. dicit enim, quod is qui contraxit, poterit poenitere, per tex. loquentem in libertate, & ita in pia causa, in l. dedi. §. idem erit. D. de condit. ob. caus. & iterum in d. l. si pecuniam. §. item si quis dederit. D. eod. tit. in quibus locis idem quoque tenet ipse Roman. Nec obstat, inquit, d. l. si quis pro redemptione, nam is text. solum denegat repetitionem eius quod fuerat donatum, propterea quod diceretur, non fuisse donationem ininuatum, quia excederet summam quingentorum aureorum: at non denegat poenitentiam, quia de hoc ibi non agitur. Si vero is qui contraxit mortuus est, & velit haeres illius resilire, siue poenitere, non poterit etiam re integra, quamuis defunctus potuisset. Et ita loquitur d. l. si ego. §. 1. D. de iure dot. Et ratio diuersitatis est, quia ipse haeres, quantum maximè potest, & debet & tenetur subuenire animae ipsius defuncti, & ita ea perficere & exequi, quae uiuens ipse ad pias causas pro sua anima disposuit, c. in literis. de raptoribus, c. parochiano, de sepul. Hac ferè Rom. cuius sententiam sequitur, licet illius non meminerit, Lauren. Calc. conf. 31. Antonius Pacolarius, col. 5. vers. quid igitur dicendum, uide omnino Ias. in d. l. dedi. §. idem erit. D. de condit. ob. caus. & in l. si pecuniam, in princ. col. 1. uers. quarto limita. eod. tit. uide etiam omnino Socin. in d. §. Flauius, col. 5. & Iason. in d. §. idem erit. & Alex. in d. l. si pecuniam, col. 1. 2.

PRIVILEGIUM CXXXIII.

Ecclesia, vel ciuitas, mutui datione non obligatur, si in utilitatem eius pecuniae uersae non sint.

Mutuans in fitori non tenetur probare uersum in utilitate domini. Secus in mutuantem administratore ecclesie. Et administratori ciuitatis. Nisi ecclesia sua vel ciuitas per magistrum suum aliquam negotiationem exerceat.

Entesimotrigesimoquarto, licet mutuans in fitori non habeat necesse probare uersum in utilitatem domini, vlt. D. de exercit. fallit tamen in mutuantem administratori ecclesiae, siue piae causae, vt uolunt D. d. idem quoque dicentes in mutuantem administratori ciuitatis, in l. ciuitas. D. si cert. petat. Quod tamen limitat singul. Bald. in rub. C. de exercit. col. pen. vers. contra uidetur procedere. quando ecclesia vel ciuitas non exercet aliquam negotiationem; aliàs si exerceat per magistrum suum, vtetur iure communi. quam limitationem dicit singul. Alex. in d. l. ciuitas, col. pen. ubi eam tamen non putat ueram licet Iason. ibi, colum. ult. uers. ista limitatio, eam conetur approbare.

PRIVILEGIUM CXXXV.

Donata ad certum pium usum, ne autoritate quidem principis possunt conuerti in alium.

Donata ad certum usum possunt a donatario in alium usum conuerti, l. 2. in fin. & l. seq. D. de donat. & l. si repetendi. C. de condit. ob. caus. & l. sed si uir. §. ultim. & l. seq.

Entesimo trigesimoquinto, licet donata ad certum usum possunt a donatario in alium usum conuerti, l. 2. in fin. & l. seq. D. de donat. & l. si repetendi. C. de condit. ob. caus. & l. sed si uir. §. ultim. & l. seq.

ff. de donat. inter uir. & uxor. fallit tamen in donatis ad certum pium usum, quia non potest in alium conuerti, per text. in l. penul. & ibi Bald. qui hoc expressè not. & dicit speciale in pia causa. C. de dona. & in Cle. quia contingit, de religiosis domib. & uoluit Bal. qui & hoc negat posse fieri autoritate principis, conf. 183. factum proponitur, post princip. lib. 1. vbi & ad hoc casu alia iura alleg. & conf. 118. casu sub tali forma, col. 3. uer. super quinto puncto, lib. 5. & Pan. conf. 99. quidam condidit testamentum, col. 2. vers. moueor decimo, lib. 2. ubi tamen exceptit autoritatem summi Pontificis, & Pan. Cast. conf. 187. super primo quaesito respondeo, in prin. lib. 1. ubi etiam exceptit autoritatem summi Pontificis, & Benedic. Capra, conf. 121. punctus fuit, quidam testator. Tu tamen omnino uide Bart. in l. pater. §. Tufculanus. D. de legat. 3. & in l. legatum. D. de usufruct. lega. & Bald. conf. 415. uisa substitutione. ante fin. lib. 4. & Pan. in c. nos quidem, col. ult. & ibi Card. & alios, de te flamen. Rom. lingu. 477. legatum factum. uide eundem Romanum conf. 49. vers. quo ad tertium.

alium conuerti. Secus i donatis ad certum pium usum. Quae ne autoritate quidem principis possunt conuerti in alium usum. Excepta tamen summi Pontificis autoritate.

PRIVILEGIUM CXXXVI.

Pactum non excludit eum a sacrilegio, qui rem ipsius ecclesiae propria autoritate occupat.

Entesimotrigesimo sexto, licet valeat pactum vt creditor possit propria autoritate possessionem hypothecatam ingredi, per l. 3. C. de pignor. fallit tamen si res ipsa sit ecclesiae: neq; enim hoc casu pactum excusaret eum, qui rem ipsius ecclesiae propria autoritate occuparet, quum in sacrilegium incurreret, per textum in c. nulli liceat. 1. 2. q. 2. per quem ita dicit Innoc. in c. verum, de foro compet. Sed Hostien. ibi tenet contrarium. Sed tu omnino super hoc uide Ant. & Pan. in d. c. verum. vbi multifaria in ea re distinguunt. & Rom. multa quoq; super hoc differentem, in d. auth. similiter. in 16. speciali, inter contractus. ad legem Falcid.

Nisi occupatus ecclesiam occupet.

PRIVILEGIUM CXXXVII.

Non male infertur ab alienatione rerum ecclesiae ad alienationem rerum piae causae.

Entesimotrigesimo septimo, in alienatione rerum piae causae eadem solennitas requiritur, quae in alienatione rerum ecclesiae. Ita uoluerunt Hostiensis Ioannes And. Ant. Imol. & Panorm. qui hoc dicit semper esse notandum, & Barb. in cap. nulli, de rebus ecclesiasticis non alienandis, per textum, in §. quia uero, in auth. de non alienand. qui est can. in cap. hoc ius porrectum. 10. quaestione 2. Ang. in l. 2. Cod. de fide instrumentorum. Imola, Felinus & Petrus Anch. conf. 274. ad declarationem dubij, colum. 1. Paulus Liuz. & alij post eum, in Clementina, quia contingit. §. illud, de religiosis domibus. & Paulus Castrensis, conf. 269. dubitatur nunquid hospitalis, columna 1. libro 1. & conf. 16. incipiente, tale factum fuit. & iterum consil. 295. incipiente, proposita mihi. & Philippus Francus, qui hoc dicit singulariter in cap. 1. colum. 2. de rebus eccles. non alienand. lib. 6. Qualiter tamen hoc intelligatur, quantum ad bona hospitalium, uidebis per Felinum in dicto cap. de quarta colum. 2. de praescriptionib. & Philippus Francus, vbi supra.

Eadem re quiritur solennitas in alienatione rerum piae causae, quae in alienatione rerum ecclesiae.

Quid in alienatione bonorum hospitalium.

PRIVILEGIUM CXXXVIII.

Restitutio in integrum eodem modo competit piæ causæ, quo ecclesiæ.

Ecclesiæ restituatur in integrum ratione lesionis. Et piæ causæ.

Centesimo trigesimo octauo, non dissimile est præcedentibus, quod sicuti ecclesia restituitur in integrum ratione lesionis, c. 1. & per totum tit. de in integrum restitutio. ita & pia causa, vt voluit Io. And. in c. 1. & c. 2. & Ibi Ioa. de Imol. & Dom. de in integrum restitutio. lib. 6. & Pet. Anch. in c. nulli de reb. eccl. non alien. & Paul. qui hoc dicit esse semper menti tenendum, in d. c. nulli. in fine. & c. cum effes, colum. vlt. de test. vbi hoc dicit sing. & Franc. Arc. in l. 1. col. vlt. in 2. priuileg. C. de sacros. ecclie. Et ita quoque voluerunt, loquendo de hospitali, Inno. Pet. Anch. & Imol. in c. nisi ecclesiæ, de de præbend. Bald. & Paul. Cast. in l. orphanotrophos, post prin. C. de episco. & cler. Bal. conf. 465. in ciuitate Brixia, lib. 1. & conf. 381. quæstio subtilis est, col. 1. lib. 3. Pan. in ca. 1. aliàs 2. colum. penult. & vers. de in integrum rest. aliàs de præscriptionib. & Roma. conf. 407. cum præsupponatur post principium.

PRIVILEGIUM CXXXIX.

Piæ causæ præscribuntur tantum spatium quadraginta annorum.

Contra ecclesiæ currit scriptio, nisi tantum præscriptio quadraginta annorum. Et contra piæ causæ.

Centesimo trigesimo nono, sicuti contra ecclesiã non currit præscriptio, nisi quadraginta annorum, per l. vlt. & auth. quas actiones, C. de sacros. eccl. ita nec etiã contra piæ causas, per tex. in §. cum temporib. in auth. de ecclie. tit. & voluit Bal. qui hoc dicit not. & menti tenendum in d. auth. quas actiones, & in l. in genero. in fi. D. de his qui not. infra. vers. vltimò præmitto. Pan. in cap. de quarta. in 6. notab. & ibi latè Fel. col. 1. & 2. de præscriptio. idem Pan. in c. accedentibus, in 2. notab. de priuileg. & conf. 54. hoc capite factum, super quo, & c. col. 2. vers. hoc tamen, lib. 2. vbi reprehendit Feder. qui conf. 101. incip. vtiliter fuit. tenuit sufficere possessionem triginta annorum. idem quoq; tenuit Maria. qui alios quoque allegat in tractatu de oblationib. in 5. q. noui libelli. Iason in §. ex maleficijs, col. 1. Inst. de action. Franc. Balb. in 1. par. 5. part. col. 2. vers. amplia quartò.

PRIVILEGIUM CXL.

Pia causa & ecclesia de iure æquiparantur, ac iisdem gaudent priuilegijs.

Qualibet pia causa est de gaudent priuilegijs, quibus ecclesiæ. Eadem est ratio pia causa & ecclesiæ. Ecclesiæ et pia causa de iure æquiparantur.

NON est quod in eo laborem, Præses dignissime, quod bona pars scriptorum solet: hi enim sine egregia commendatione eorum quos sibi præsidio esse, aduersus obtrectatorum calumnias desiderant, nihil in publicum edunt. Quod etsi pro amoris ac obseruantie magnitudine, vel rerum omnium bonarum expectatione, aut veritate sapius ad id impellente fiat, laudabilius tamen esse nemo ingenuus ignorat, sic per totum vitæ suę decursum pietate ac iustitia floruisse, vt citra vilius commendationem suam decus ac splendorem retineat virtus. Cum igitur tua omnis ætas innocentie & æquitati tuendæ, ac nequitie profligandæ omnium bonorum applausu insumpta fuerit, non video quod virtutis theatrum pulchrius tibi extrui possit, quā illud quod in omnium animis inq; te ipso amplissimum reliquisti. Cuius & inspectorem et admiratorem patrem meum fuisse iure adfirmare possum: cum tanta in suos ac in patriam pietate affectus fuerit, tantoq; in virtute præstantes viros amoris desiderio commotus, vt antè non conqueuerit, quā tam propensi in eos animi aliquam significationem ostendisset. Itaque pietatis innata fidem faciens multos in sua patria leges ac statuta Commentarios edidit, velut in leges Connubiales, in vtrumque ius retractus municipale & conuentionale, & præter hos multa alia. Vnus sup. rest. de præscriptionibus Commentarius, qui lucem desiderat, quā satis copiosam tuo beneficio habebit, si ad illud virtutis veraq; laudis theatrum tuum, id est, omnes bonos virtutisq; studiosis aditum benigne præbueris. Vale.



LECTOREM ADMONITIO.

VARIA expediendarum litium remedia tam anxie veteres quaesierunt, ut posteri tanquam naturae convenientia atque amica ea receperint auidissimè. Adeò bonis omnibus quies ac tranquillitas semper chara fuit, ut meritò legibus nostris hoc fuerit celebratum, Bonos innocentisque viros lites maximè execrari sole- re. Nec mirum, cum vel Cicerone teste libro de Finibus 2. tran- quilla & quietà vita, deorum vitae sit simillima, ob idque cunctis mortalibus ex- petenda. Quae igitur leges vitae quietem ac tranquillitatem maximè tuentur, di- uinae meritò censendae sunt. Sunt autem eiusmodi de praescriptionibus latae, quae praeterquam quod bono publico, & ne rerum dominia incerta sint, nemoque rei suae negligenter curam gerat, editae fuerint: hoc singulare bonum attulerunt, ut que- tis & tranquillitatis laesae remedium essent. Ob id vix vna reperiatur ex omnibus ci- uitatibus quae iure ac lege communi reguntur, quae non admodum sollicitè proprijs ac priuatis legibus ac statutis ius commune approbarit & confirmarit, vel etiam ad eiusmodi remedium aliquid addiderit. Cum igitur Piætones nostros hoc commu- ne bonum satis diligenter amplexos esse perspexissem, quid ea de re potissimum sta- tuissent, quam luculentissimè possem commentariis in praecipua legum nostrarum capita editis ostendere volui.



ANDRAEAE TIRAQVELLI REGII CONSILIARII DE PRAESCRPTIONIBVS, TRACTATVS.

Des prescriptions. s. I. Quand aucun acquiert, Glos. I.

s. PRIMVS.



QUAND aucun acquiert aucuns biens immeubles par iuste ti- tre a habile à transporter seigneurie, & à bonne foy b les pos- sede paisiblement c par dix ans d continuelz e entre presens f, ou par vingt ans entre absens: il les peut defendre contre tous qui les voudront auoir & demander, ou qui deman- deront rentes ou autres seruitudes g par dessus. Et par la coustume ferà creu de son dict titre par son serment h. Mais soubz la di- cte coustume ne sont comprins les mineurs, eglise, n'autres personnes priuilegiées, ne semblablement les droictz seigneuriaux, censives, ou feudaux.

PARIVSTE TITRE. GLOS. I.

Consuetudo
hac confor-
mis est iu-
ri communi.

An omni-
no neces-
sarius sit
titulus, e-
tiam eius
nulla facta
mentionem
in hac con-
suetudine.
Quaestio
decisa.



CONSVETUDO nostra in hoc conformis est iuri commu- ni, quod in huiusmodi praescri- ptionibus longi temporis titu- lum exigit. Sed quaestio est, an, si nostra consuetudo nullam omnino mentionem fecisset de titulo, sed simpliciter cauisset, quod possidens rem immobilem per decem annos, non possit postea pro ea conueniri necessarius adhuc fuisset titulus, Bal. in l. 2. C. de longi temp. praescri. quae pro lib. hanc nuncupatim quaest. adscribit, ac decidit per gl. ibi, quam adhuc dicit not. sufficere hoc casu bona fide pos- sedisse decem annis sine titulo, quod dicit tenendum menti. Ad quod facit, ut dicit Alex. aut quisquis is fuit, qui eam addidit. ad Bald. fecit in eo ipso loco, quod statutum ita debet intelligi, ut aliquid addat ad ius commune, se- cundum Bart. in l. 4. §. praetor. ait. ff. de damno infect. & in l. 2. ff. de vsucap. cum similib. à me copiosius alibi ad- ductis. Sed contra Bal. expressim tenuit Rom. in l. praetoris, in prin. in additionib. nouis. ff. de damno infect. pro quo facit quod not. Bal. in c. vnico. §. si quis per tri- ginta, tit. si de feu. fuerit controuer. & Alex. in l. sequi- tur. §. si viam. ff. de vsucap.

oper. nuncia. & Bar. & Bal. in l. priuilegia. C. de sacro- sanct. eccles. Ideoque quamuis nostra consuetudo de bona fide non meminisset, tum demum tamen proce- dere intelligitur, si bona fides interuenerit, ut in simili statuto consuluit Fulgos. consil. 64. Franc. Sarra. Paul. Cast. cons. 296. venditio ista, lib. 1. & Panor. consil. 76. in praesenti consul. tatione, paulò antè finem lib. 1. & ite- rum consil. 77. hoc caput, in quaestione quae ad praesens vertitur colum. 5. vers. non obstat si dicatur statu- tum, lib. 2. Alex. consil. 185. viso titulo, colum. pen. nec praedictis debet obstat, lib. 2. & Socin. c. 4. 86. in causa communitatis, colum. penul. ad fi. vers. nec obstat fun- damentum, libro 1. quod repetitum est consil. 156. eo- dem libro Philippus Franc. in c. possessor, colum. 4. de regulis iuris, lib. 6. Quibus etiam locis illud praeterea dicunt Panormit. & Alex. quòd si aliter disponeret sta- tutum, non valeret, quoniam peccatum induceret, ut not. Bart. in l. omnes populi, in 2. 3. & 4. q. ff. de iusti. & iu. et in l. vlt. C. si contra ius vel utilitate. n. public. id quod etiam tenet Ioan. Andr. in c. 2. de exceptio. libro 6. in Nouella, ubi ita dicit fuisse disputando determi- natum, et ibi etiam Petr. Anchar. idem quoque tenet Bald. in l. quibus diebus. §. dominus. et ibi Imol. ff. de condit. et. demonstrat. Angel. Imol. et Rom. in l. sequi- tur. §. si viam. ff. de vsucap. Angel. in l. de quibus. ff. de leg. et latè Imol. in repetitio. et Panormit. imò ferè om- nes in dicto cap. vltimo, de praescriptio. Anton. in cap. cura, de iure patron. et in sua disputat. incipien- tante statuto municipalis, Petr. Anchar. in repet. cap. 1. in 1. quaest. de constitutionib. extra, et in cap. posses- sor, de regulis iuris, libro 6. et consil. 258. supra dictum statutum, in princip. Imò. consil. 122. visis ac confide- ratis, et iterum consil. sequen. in causa quae vertitur, Ra- pha. in l. cum notissimi. §. 1. C. de praescript. 30. annor. Panorm. in c. cura, colum. vlt. de iure patr. Paul. Castr. conf. 98. in causa appellationis vertentis, ad fi. lib. 2. et iterum conf. 208. viso pnncto superscripto, col. 1. eo. lib. Alexan. consil. 69. in causa et lite vertente, colum. pen.

D 3 vers.

A' BONNE FOY,

GLOS. I I.

In longi te-
poris praes-
criptione
boni fides
tam de iure
Ciuili,
quàm Cano-
nico requi-
ritur.



BONAM fidem in hac longi temporis praes- criptione, etiam de iure Ciuili, & aliàs quoque semper de iure Diuino & Cano- nico desiderari, nemo est qui nesciat, quã- do tex. expressum habemus in cap. vlt. de praescript. extra, ubi & illud praeterea cauetur, id obtine- re in vtroque foro, & ciuili, & ecclesiastico, propter peccatum, ut illic adnotant Docto. & in c. 1. de noui

ver. item non obstat, lib. 3. & latè consil. 63. stantibus his, colum. 3. libro 4. & consil. 99. videtur prima facie dicendum, colum. 2. ver. nunc videndum, lib. 4. & consil. 51. videretur pro decisione, colum. j. & iterum, col. 3. lib. 5. Ange. Are. inter consilijs Alexan. consil. 138. in cip. Lanceolotus, colum. 3. ver. nec etiam contra, lib. 2. Corne. consil. 264. in hac consultatione, colum. 3. ver. & ideo, lib. 1. & consil. 269. simili initio, col. 3. ver. sed quod limitetur, eo. lib. 1. & consil. 428. videtur in præsen ti, col. 3. ver. his tamen non obstantibus, eodem lib. 1. & consil. 265. videtur prima facie, col. ult. lib. 3. & consil. 177. ad euidenciam, colum. 1. & 2. lib. 4. Et hæc senten tia verissima, est quamquam Bal. sibi contrarius in cap. ult. in princ. extrâ, de consuet. dicit, quod statutum in ducens præscriptionem ex mala fide, est licitum, ad hoc scilicet, vt quis possit defendere quod mala fide præscri pfit, & patiatur repulsam, qui agat contra eam. Sed non quo ad extremum actiuum, vt scilicet possit agere, qui eo modo præscripsit. Quamquam etiam Bart. in d. l. fequitur. §. si viam. ff. de vsucap. distinguit in realibus & personalibus, vt in illis nunquam currat præscriptio cum mala fide, in istis currat. Quæ sententia ab omni bus fermè expulditur, & in hoc etiam se summittit Bar. iudicio ecclesie, quamuis aliqui eum secuti sint, quos viderelicet per Fran. c. Ballitum, in tract. Præscript. in 2. parte tercia par. prin. & glo. in l. 2. C. de vsucap. pro hærede. & in l. si ego. §. parus. ff. de publi. in rem actio. Et hoc procedit tiam: si hæres nolit vti accessione de functi, glos. in l. Pomponius. §. 1. in gl. 1. in fi. & ibi Ias. ff. de acq. posses. & in l. vitia. C. eo. tit. & in l. vt. C. com munita de vsucap.

Nec sufficit, cum, qui præscripsit, habuisse bonam fidem, nisi etiam habueris, cuius hæres est, per l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & l. eum qui. §. in hac actione. & ibi gloss. & iterum in l. si ego. §. partus, ff. de Public. in rem actio. l. vitia. C. de acquiren. posses. & l. 2. C. de fructibus & lit. expens. & l. vit. C. com munita de vsucapionib. & uoluit gloss. quæ & hoc intelli git, etiam si hæres nolit uti accessione sui prædecessoris, sed velit sumere initium præscriptionis, in d. l. vitia. & in l. 2. ubi Bartol. C. de usucapionib. pro hæred. & in l. Pomponius. §. 1. ff. de acquiren. posses. & in l. sequitur. §. fructus. ff. de usucapionib. Quod plerique dicunt procedere etiam de equitate Canonica. ita enim uoluit Ioan. in addito. Specul. tit. de præscriptio. §. ult. in magna addito. Bartol. in l. Celsus. ff. de usucapionib. Bald. in authen. ad hæc. colum. 6. uersic. sed quid dice mus de hærede præscribentis. C. de usuris. Angel. in l. eum qui. §. in hac. & iterum in l. si ego. §. partus. ff. de public. in rem actio. Anto. in c. quia, de iudic. Imol. & Panor. in cap. si diligenti, de præscriptionib. Imo. in c. ult. in 3. colum. & iterum in 29. eodem tit. Raph. Paul. Cast. & Rom. in dicta l. Pomponius. §. 1. ubi Ias. & idè Paulus in l. 3. ff. de usucapionib. & in d. l. sequitur. §. hæ res, eodem tit. Nam semper, de iure Canonico hæres te netur exonerare conscientiam defuncti, cap. ult. & ibi not. de sepult. c. super. & c. cum causam, de raptor. & c. a nobis, le 2. Clem. 2. de sentent. excom. lib. 6. & facit l. ult. cum ibi not. per Bald. & Angel. C. ne de statu defuncti. Et cum ius Ciuile non reperiat correctum de iure Canonico, standum est illius dispositioni, etiam de iure Canonico, per not. in c. 1. de oper. noui nunt.

Sunt tamen & quidem non minore numero, nec auctoritate, qui tenent, malam fidem defuncti non nocere hæredi non utenti accessione ipsius de æquitate Canonica, uidelicet Innoc. in c. cura, de iure patron. Dynus in cap. possessor, in fi. & ibi etiam Philip. Fran. qui hoc reputat singul. de regul. iur. libro 6. Cy. Bal. & Angel. in d. l. si ego. §. partus. ff. de public. in rem actio. Cynus & Imo. sibi contrarius in d. l. sequitur. §. hæres.

Bona fides auctoris cõtinuanda in successore rem, esse nolit.

Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti. A iure ciuili tement non est receptum, si non inueniatur correctum. Mala fides de defuncti non nocet hæredi non uententi ipsius accessione de iure Canonico.

ff. de usucapio. Cyn. in l. 1. C. de usucap. transfor. Ioan. And. in c. cum quis in ius alterius. de reg. iur. lib. 6. Bal. & Angel. in l. 2. C. de vsucap. pro hærede, Cyn. & Bart. in dicta l. vitia. C. de acquiren. posses. & in dicta l. cum hæres. & ibi Cuma. ff. de diuer. & tempo. præscript. Paul. Cast. cõsil. 158. uisã supra scripta facti narratione, colum. 2. uersic. secundò respondetur. libro 2. Alexan. sibi contrarius, consil. 9. uisã acutissimis, colum. vlt. libro 1. & consil. 39. uisã scripturis, col. 2. uersic. item potest responderi, lib. 2. Bald. consil. 41. illud adferam, col. 10. uersic. etsi quispiam opponat, lib. 4. Socin. consil. 60. in præsen ti consultatione, col. penult. lib. 1. & consil. 23. capiendò primum. colum. 2. uersic. quartò eadem opinio, lib. 2.

Et hæc posterior sententia haud dubiè obtinet in præscriptionibus triginta aut quadraginta annorum, in quibus non requiritur titulus secundum Ioan. And. in ca. cum quis in ius alterius, de reg. iur. lib. 6. & in cap. possessor. eod. tit. Bart. in d. l. cum hæres, cum alijs. multis concord. adductis per Soci. illis duobus consilijs supra commemoratis, quæ illic videre poteris, ne huc omnia congeram ab alijs iam collecta. Quibus tamen adde Corne. consil. 166. ad euidenciam, col. penult. lib. 1. & consil. 296. in præsen ti consultatione, colum. 7. uersic. nec etiam obstat, libro 3. & consil. 277. ad euidenciam, colum. 3. uersic. non obstat quod mala fides, lib. 4. hic etiam uide Iafon. in l. Pomponius. §. 1. colum. 4. ff. de acquir. posses.

Bona autem fides in dubio præsumitur, nisi aliud subsit quod bonam fidem faciat præsumi, ex communi nostrorum opinione. Ita enim uoluit gl. insuper, in uerbo, probetur. C. de præscript. longi tempo. & in l. 1. C. de cui. & in l. si quis emptiois titulo, in uerbo, tenuerunt. C. de præscr. 30. an. ubi & hoc intelligit procedere, etiam si nullus titulus adpareat, & in §. 1. in uersic. qui bona. Instit. de vsucap. & in c. sanctorum, in uerbo, sacra. & ibi etiam Pan. de præscr. & in c. si diligenti, in uerbo, bona fides. & ibi Inn. & Per. Vbald. in rep. Pan. & Fel. eod. tit. & gl. in c. vlt. in gl. 1. & ibi etiam Pan. eod. tit. & gl. in c. cum ecclesia, de caus. posses. & propriet. & gl. in c. abbate, in princip. in uerbo, domini, uersic. ad hoc autem, de sentent. & re iudi. lib. 6. & in c. licet. r. 6. q. 3. Inno. in c. Michael. de elect. & in c. 2. de in integrum restitut. & in c. uigilanti, de præscript. Dyn. in l. 1. ff. de iure. actus; priua. Cyn. in l. 1. in 4. q. C. de seruit. Ioan. And. in addit. Specu. tit. de testam. §. nunc uidentum, in magna additione colum. 3. Archidia. in ca. 1. in uerbo, bona fides de præscript. lib. 6. Bart. in l. Celsus. col. 5. D. de usucapionib. unde ea elegantissimè disputat. & in l. communita. §. inter prædones. C. communi diuid. & in l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11. Bald. in repetit. l. 1. colum. 4. C. unde ui. & in sua disputatione. incipien. acufatus. de uirtu. turbatiua, colum. penult. & consil. 257. Titius emit, libro 1. & consil. 288. dicta mulier, post medium, libro 4. Angelus in l. 1. C. qui. non obstat longi tempo. præscrip. & in l. super longi. C. de præscript. longi tempo. Anton. in cap. peruenit, de cens. lib. Petrus Anchar. consil. 142. clarior & bre uior, colum. penult. uersic. nunc autem. Cuman. consil. 109. domina Ioanna, ante finem. Panor. mit. consil. 18. in causa & quæstione, colum. 2. libro 2. & consil. 54. in quæstione quæ ad præsens uertitur, col. 5. uersic. nec obstat si dicatur statutum, libro 2. Alexand. plenè consil. 201. uiso & discusso, colum. 2. lib. 2. & consil. 91. in causa & lite uertente, col. 2. libro. 5. Petrus Ferrar. titu. forma responsionis rei conuenti, in uerbo, præscriptio nis, colum. 7. Philip. Corne. consil. 130. uiso libello, colum. 2. lib. 1. & cõsil. 329. ostenso mihi processu, colum. 4. uersic. cum itaque non appareat, eodem lib. 1. & consil. 117. primo aspectu, columna 9. uersic. pro quo facit,

In præscrip tionibus tri ginta aut quadragin ta annorũ non requiritur titulus.

Bona fides an in dubio præsumatur & si nullus titulus appareat.

Quilibet præsumitur bonus in dubio.

Rescriptũ falsũ allegacionibus impetratũ non præsumitur dolo factum.

Testib. deponentibus quæ bonum esse magis credi, quã deponer. b. malum.

Præscripti se dicentes, bonam fidem allegare debent. Index super pretere potest in notarijs modo allegentur.

Notarij allegatio suffi ciat per post conclusio nem in causa.

Bona fides non præsumitur in statu quo requiruntur eam.

facit, libro 2. consil. 239. & consil. 206. in hac consulta tione. colum. 2. eodem libro. ubi de hoc dicit esse textum in cap. auditis. & in cap. cum olim. de præscriptio nibus. idem Barbar. consil. 51. col. 3. libro 4. Franc. Cur tius Junior, consil. 72. princeps defunctus, colum. 3. in fi. & consil. 83. Deus pius, colum. 2. & copiosissimè Soci nus, consil. 38. in causa dominorum, colum. 2. lib. 3. Iafon in §. sed istæ quidem actiones, colum. 3. & sequent. Instit. de actionib. Philippus Decius, consil. 175. iuridi cam esse arbitror, colum. 2. & consil. 309. in causa mota Mediolani. ex Theologis scholasticis, Gabriel Biel in 4. Sententiarum, distinct. 15. quæst. 14. artic. pri. Et his quidem accedo, licet contrarium teneat Archid. in cap. 1. de præscrip. lib. 6. & Bald. in l. 1. C. de seruit. Quæ autem sint quæ malam fidem faciant præsumi, latè com peries apud nostros Interpretes recentiores, quos supra citauimus.

Sed quod in dubio bona fides præsumatur, nemo ne gabit, qui intelligit etiam in dubio quemlibet bonum præsumi. l. merito. ff. pro socio. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probationibus. l. cum pater. §. re igitur. ff. de legat. 2. cap. 1. de seruit. dicto cap. ult. de præsumptionibus ubi Bald. colum. penult. rationem reddit. quia mores in sunt à natura, ab eaque ueniunt. Sed & idem in l. 1. ad fin. C. si quis omis. causa testam. Naturali, inquit, præ sumptione quilibet præsumitur bonus ex bonis natu ralibus principijs: quia qualia sunt principia, talia præ sumuntur principia: sed natura est bona, ideo & bonus quis præsumitur, nisi probetur offendisse. De quo etiam per gl. in c. si forte. in uerbo, scientiæ. de elec tione, lib. 6. & per Luc. de Pen. in l. quemadmodum. colum. penult. uersic. quartò quæro. C. de agric. & cens. lib. 11. Panorm. & Felin. in c. cum in iure. de officio de legati. Hinc & glo. notabil. in c. super literis. in uerbo, priori modo, dicit, quod si quis impetrat rescriptum, & falsum suggererit, non id præsumitur dolo fecisse. quam gl. pro singulari allegat, & sequitur Barbat. in l. 2. §. ex his. colum. 17. ff. de uerb. obligat. Et ex his quo que, quod notandum consuluit Petrus Anchar. consil. 253. in quæstione presbyteri, quod si aliqui testes depo nunt, accusatum esse diffamatum, dicuntq; se credere illum esse malum: alij uerò deponunt, esse bonæ famæ, credunt illum esse bonum: magis his credendum est, quam illis: quia consentiunt cum præsumptione iuris. Et ut dicit Innoc. in cap. ueniens. de præsumpt. cum testes sunt contrarij, vincunt illi, pro quibus tunc facit præsumptio.

Sed quæstionis est, an sit necesse ei, qui se dicit præ scripsisse, hanc bonam fidem allegare, vt præsumatur, latè diximus supra. Et esse allegandam sicut notorium, tenet glos. in Clem. appellanti. de appellationib. cum multis concordantijs ibi à me adductis. Quibus & il lud addes, quod licet iudex supplere possit in noto rijs, vt ibi etiam diximus: hoc tamen intelligitur, mo dò notorium allegetur, vt expressè uoluit Anton. in ca. bonæ. de postul. præl. & in ca. exceptionem. de excep tionib. & Imol. in l. 4. §. hoc autem. ff. de damno in fecto. Quæ quidem notorij allegatio potest fieri etiam post conclusionem in causa, vt dicit idem Anton. in c. peruenit. de empt. & uendit. ubi & idem dicit de bo na fide. & ibi post eum Imol. & Alexand. in l. 1. colum. 2. C. vt quæ defunt aduoc. par. iud. suppleat. Matth. de Afflic. in consit. Sicilia, incipiente, Iustitiaris, col. 4. uersic. item quærit.

Id tamen quod diximus, bonam fidem præsumi, li mitat Barb. inter consil. Calc. consil. 58. illud adferam in medium, nisi statutum requirat bonam fidem. Nam ad huc, vt huiusmodi statutum aliquid operetur ultra ius Ciuile, quod etiam exigit bonam fidem, certè non præ sumetur, sed opus erit, vt probetur per quædam similia.

Tu autem ultra ea quæ diximus, de præsumpta bo na fide, & eius necessaria allegatione, hac generali sen tentia supradicta confirmabis, quod quando præsum ptio ex facto actoris, vel rei, procedit, ea necessariò debet allegari. Ita quod licet sufficiat libellum præsum ptuè concludere, per textum in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. tamen succubet qui eam præsum ptionis allegationem omiserit, vt uoluit Bar. in leg. cum qui dam. colum. vlt. & ibi Bald. ff. si certum petatur. per textum in l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollio ni. ff. de adulter. Anton. in cap. si cautio. de fide instrum. & in cap. 2. colum. 6. de libelli oblat. Ange. in dicta l. om nes. §. Lucius. quæ in fraudem creditoris. Imol. in c. su per hoc. colum. 9. de renuntiat. Panor. in ca. afferte mihi gladium. columa 2. de præsumptionib. Paul. Cast. & Franc. Aret. in leg. qui in aliena. §. 1. in princip. ff. de ac quirenda hæreditate. Roman. cõsil. 77. incip. Reueren de pater. Franc. Aret. consil. 109. clarissime & consulti sime Doctor. in princip. 4. dubij. Guido. Pap. consil. 42. credo indubitanter, colum. 2. Corne. contil. 198. col. vltim. lib. 1. Et hinc fit, quod licet præsumatur ignoran tia, per l. uerius. ff. de probationib. debet tamen allegari, vt dicit Bald. in l. quicumque. colum. 1. C. de seruis fu gitiujs. & Alexand. in l. qui bona. §. de illo. ff. de dam no in fecto. Philippus Decius consil. 267. non excidit ex memoria. colum. penult. Similiter licet causa sufficiens & apta præsumatur ex diuturna præstatione. l. cum de in rem uerso. ff. de vsur. intellige tamen si fuerit allegata l. 2. §. circa. ff. de except. doli. secundum Bald. in l. si certis annis. colum. 3. uersic. cum non constat. C. de pact. Nam præsumptio, inquit, debet esse super allegatis, per dictum §. idem Pollioni. Et licet ex possessione quis præsumatur dominus. leg. penult. & ibi Bart. ff. de con dit. instit. & per gl. & alios, in leg. cum res. C. de proba tionibus. & per Canonist. in cap. cum ad sedem. de restituitioe spoliat. cum similib. tamen huiusmodi præ sumptum dominium debet allegari, aliàs succumbe ret, vt tenet Bart. in l. rem alienam. colum. 2. uersic. quæ ro circa istam partem. ff. de pignor. actio. Et Bald. in l. etiam. colum. 3. uersic. & non licet. C. de execut. rei iudic. & in l. non ignorat. colum. 2. uersic. in secundo. C. qui ac cufare non possunt. & in l. si minorem. colum. vlt. uersic. quæro ulterius. C. de in integr. restitut. minor. Salic. in l. certi. C. locat. Alexand. in l. non hoc. & ibi Iafon col. vltim. C. vnde legitimi. idem Alexand. consil. 69. in causa & lite uertente. col. 3. lib. 2. & consil. 94. in causa & lite uertente coram arbitris colum. penult. eodem libr. 2. & consilio 137. in causa & lite uertente inter Lance lotum. colum. 2. eodem lib. 2. & consil. 35. in causa & lite uertente inter Benedictum, ante finem libri 5. Ias. in dicta l. cum quid. ff. si certum petatur. in vtraque lectio ne, in quarum priore hoc singulare reputat. Et cum olim dominus, hodie quoque dominus præsumatur, l. siue possidetis. C. de probationibus. hoc tamen procedit, si allegetur, non aliàs, vt notabiliter uoluit gloss. in l. certum in princ. ff. de confes. & Bal. post. Cynus in l. edita. colum. 12. C. de edendo. & consil. 413. Io. Simonensis, colum. penult. lib. 3. & consil. 445. sciendum est, in fin. eodem libro 3. Alexand. in dicta l. si minorem. in fin. C. de in integrum restit. ubi ad hoc dicit singu larem illam gl. & Franc. Aret. in l. nec fariosus. columna 2. de testam. Et idem in possessione, vt uidelicet qui an tea possedit, præsumatur possidere, si tamen allegetur. Dyn. in c. sine possessione. de regulis iuris. lib. 6. Bart. in l. Celsus. ff. de usucapione. Bald. in leg. non ignorabit. C. ad exhibendum. & in dicta leg. siue possidetis. & ibi quoque Bart. C. de probationib. & in l. 1. colum. vltim. C. uti possid. Ioan. Andr. & alij recentiores, in dicto c. cum ad sedem. de restit. spol. Alex. consil. 133. uiso processu. col. 3. in duobus locis, lib. 1. & cõsil. 80. examinatio

Præsum ptio ex facto actoris vel rei procedens, ne cessario debet allegari.

Ignorantia licet præsumatur in dubio, allegari debet. Diuturna præstatio inducit in præsumtionem causam modo fauorib; allegata.

Præsum ptio debet esse supra allegatis.

Olim dominus, hodie quoque præsumitur dominus, modo causa do minii alle getur.

processu. colum. 1. & iterum colum. penult. versic. non obstant allegata, eodem lib. 5. & consi. 88. quoniam omne datum. colum. penult. versic. non obstant allegata, eodem lib. 5. Franc. Aret. consi. 68. ex celsæ domine, colu. vlti. quamvis Ant. & Imol. in c. præterea. 2. de tranfact. videantur tenere contrarium. Quibus ad stipulatus est Panorm. videlicet quod non requiritur ut bona fides allegantur, in c. ult. col. 8. versic. sed quæro de præscrip. & Barb. consi. 41. illud adferam in medium. colum. 10. lib. 1. & consi. 50. colum. 9. lib. 1. & consi. 18. col. penult. lib. 2. & consi. 70. colum. 6. eodem lib. 2. vbi que per textum in c. auditis. & c. cum olim. de præscrip. vbi fuit allegata præscriptio, nulla bonæ fidei mentione facta, additque rationem, quam dicto consilio 50. dicit inconuincibilem: quia cum notorium oritur ex iure, siue ex facto iuris, non est allegandum, quin ex suo officio super illo iudicabit, per textum singul. in cap. Raynutius. de testam. 26. iudex iudicauit ex notorio iuris non allegato, & ibi hoc videtur velle Imol. & Panorm. & idem Panorm. in dicto ca. adferre. ad præsump. & Bald. in l. 1. C. vt quæ defunt aduoc. par. Felynus. in c. ad hæc. colum. 2. de appellat. Sed ex iuris notorietate bona fides præsumitur, vt dictum est, ergo non est necesse eam allegari: quia præsumptio iuris est liquida probatio, secundum gl. in l. tutor. C. de pericul. tut. cum similib. Et hanc eandem rationem de notorio procedente ex iure, sine facto iuris, tradit: nulla tamen bonæ fidei facta mentione. Barbat. consi. 62. illud in medium adferam, colum. 2. lib. 1. & consi. 35. colum. 4. lib. 2. & consi. 45. in princip. eodem lib. 2. & consi. 70. præclarè scribitur, col. 6. eodem lib. 2. 3. colum. vltim. lib. 4. & consi. 74. scripsit Palmista, colum. penult. eodem lib. 4. & consi. omnium vltimo, colum. 3. eodem lib. 4. Nec obstat, (inquit Barbat.) dicto §. idem Pollioni. quia loquitur de notorio resultante ex facto partis & hominis, quod debet allegari per illum text. & gloss. in dicto cap. appellanti. de appellat. & quod voluit Panorm. in dicto cap. adferre. Hæc ferè Barba.

Præscriptio sine bona fide allegata. Notorium iuris non est allegandum.

Bona fides præsumitur ex iuris notorietate. Præsumptio iuris est liquida probatio.

Bona fides nunquam est notoria.

Incerti hominum animi.

Præsumptio, & notorium longe differunt. Quando allegari debeat.

Iudicis officio id quod meri iuris est suppletur.

Quomodo

Tu aduerte, Lector amantissime, quia Barba. in duobus aut tribus errasse videtur. Primò, dū innuit nõ ob stare bonam fidem esse non notoriam, cum tamen tantum ab ea absit, vt nunquam possit esse notoria, cum sit res occulta, opertaque, & in solius præscribentis animo reposita, qui soli Deo apertus est. Ex quo Tullius ad Brutum scribens: Non ignoras, ait, quàm sint incerti animi hominum. Secundò, dum allegat. Panorm. in dicto cap. adferre mihi, trahitque textum in dicto §. idem Pollioni. ad materiam notorij, quamuis loquatur de præsumptione tantum, non de notorio, quod longè à præsumptione distat. Tertio, dum autoritate eorum, quos allegat, facit discrimen, an notorium procedat ex facto hominis, an iuris. vt primum allegari debeat, secundum non debeat necessariò, quamuis ea differentia nusquam reperitur, sed tantum an præsumptio (nam de ea tantum loquitur, vt diximus) resultat ex facto partis, de cuius favore agitur: & tunc allegari debeat per dictum §. idem Pollioni. an verò ex facto alterius tertij, de cuius favore non agitur, vt nõ sit necesse. Nec obstat dictu capitulo Raynutius. quia nihil ex eo infertur ad rem, de qua agimus, sed illud tantum, quod iudex suppleuit id quod erat meri iuris: sed quartam iure natura filio debitam esse deducendam, licet à patre id fuisset omisum. Et ista est (inquit Innoc.) suppletio iuris, non facti & ibi Panorm. in 3. colum. in versiculo nota. in uerbo, cum autem allegat, quod legitur, & not. in d. l. 1. vt quæ defunt aduoc. part. At satis constat, bonam fidem esse in aliquo, vel non iuris esse, sed facti: igitur non esse suppleendam, si non allegetur. Caterum intellige quod dictum est, bonam fidem

debere allegari, vt sufficiat tacite, eam allegationem colligi ex deductis: videlicet si quis alleget se fundum possedisse tanquam suum, aut pro suo, vt expressè voluit Alex. conu. 201. viso & discussio, colum. 1. lib. 2. per l. antiquos, in verbo, domini cognitione. C. de furtis. & alia quæ allegat, & sequitur Philip. Dec. consi. 267. Et si mile voluit Rom. consi. 77. pater Reuerende, post prin. quod satis est allegare difficultatem probationis, ad hoc vt præsumatur.

Bona fides alleganda sit.

Allegatio bonæ fidei non requiritur ipsi capio causam.

Vtrum bona fide præscribens tutus sit in foro conscientie per se, uerè malum sit.

Intellige secundò, vt non requiratur hanc allegationem non teneatur restituere, si mala fides superuenerit, completa præscriptione. Gl. in c. si virgo. 3. quæst. 2. in tribus locis videtur velle rem hoc casu esse restituendam. Gl. autem in c. vigilanti. in verbo, nouerit. de præscrip. post Aluar. tenet, quod si ex causa lucratiua rem habuit, semper tenetur eam reddere. arg. l. qui autem. §. si quid cum pupillo. ff. de his quæ in fraud. cred. Si verò ex causa non lucratiua, quia emit ab eo, quem credebatur dominum, non tenetur. argum. c. quod debetur. 14. q. 1. 1. Sunt qui aliter distinguant, vt inter præscriptionem rei cuiuspiam, vt fundi, & similibus: vt, inquam, hoc casu mala fides superueniens, post completam præscriptionem, non noceat in foro conscientie, & inter præscriptionem actionis, aut obligationis: quia tunc, cum naturalis obligatio non tollatur præscriptione, durat vinculum æquitatis, quo sustinetur: nam conuentio perpetua est. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solution. & l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligat. leg. at qui natura. in princip. ff. de negot. gest. idè & in foro conscientie obstringit. Et in hac sententia fuit Baldus in authent. ad hoc. col. 3. versic. reuertitur igitur ad quæstionem. C. de vsur. At maior pars & Legistarum & Canonistarum tenent simpliciter hanc esse tutum in foro conscientie. Gl. in c. 1. 14. quæst. 6. & in c. 1. de cõces. præbend. & in c. vltim. in gl. vltim. & ibi Imol. colum. 35. & Panorm. colum. 6. de præscrip. l. innoc. in c. cura. in fine. de iure patron. & in c. quia plerique. c. colum. 1. versic. qui tutus est. & ibi etiam Panorm. colum. 1. versic. 7. de immu. eccles. Hostien. in Summa, tit. de præscrip. Card. Floren. Imol. Panorm. & Felin. eodem titu. Ioan. Andr. in c. possessor. in vltimo articulo. & ibi etiam Petrus Anchar. colum. 5. versic. quæro circa debitum naturale. & Philip. Franc. colum. penult. de regul. iur. Bart. non obscure in Extrauag. ad reprimendum. in verbo, videtur, in fine. Bald. in l. cum quis. colum. 7. versic. post hoc sciens, C. de iur. & fact. ignor. & in cap. de causis. colum. 3. versic. vtrum possit renuntiare. de offic. delega. & in c. 1. ante fin. de controuer. inter domin. & vasa. & in c. si quis per triginta. & ibi etiam Aluar. col. penult. & Card. Alexand. in si. tit. si de feud. fuerit controuer. inter domin. & agnat. & consi. 295. fama viciniæ est. in fine. & consi. 315. ponitur quod si antiquitatis. colum. 2. lib. 3. Raynerius in subscriptione consi. Feder. Senen. 131. casus talis est, quidam testator. Ioa. Fab. in §. 1. col. 2. versic. quid si ea completa. In sit. de vsucap. Angel. in repet. l. 1. C. de iudic. Panorm. consi. 89. Iesu Christi, & c. in quæstione. colum. 3. lib. 1. Roman. conti. 49. conclusionem primam, colum. 2. versic. quintam autem. Lanc. Ridolph. in suo vberè tract. de vsur. Corn. cõsi. 177. in hac re. colum. 2. lib. 2. Franc. Areti. cõsi. 92. viso legato. colum. 2. versic. nec potes intelligere. & Iason in l. si post diuisionem. colum. 2. versic. hinc videmus. C. de iuris & facti ignor. Phil. Decius in c. 1. colum. 7. versic. secunda est.

est. de constit. & in prima lectur. & in c. iuravit. paulò ante finem. de probat. & è Theologis diuus Thomas quotlibet. 1. 2. ac 25. Scot. in 4. Senten. distinct. 5. Anto. Flor. in 2. parte principali suæ Summæ. titu. 1. cap. 7. versic. qui autem ex benevolentia. Diuus Bernardinus, in suis Sententijs alioquin seuerior, in libro de Evangelio æterno, sermone 32. cap. 1. & iterum cap. 3. & 4. vbi & alios adnotat idem tenentes: & Adria. Flor. nuper Rom. Pontifex, in suis quæstionibus. Ideoque si testator iusserit hæredem restituere omnia ab ipso debita, non tenetur restituere quæ sita præscriptione cum bona fide, vt dicit Bartol. in l. legauit. ff. de liberis legitimis. & in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de cõdit. & demon. & Bald. in l. id quod pauperibus. C. de episcopis & clericis. & in leg. si creditori. ff. de legat. 1. & in sua dispu. incip. statuto cauetur. & Imol. in c. vlt. col. 37. de præscriptionibus.

Præscriptio sine bona fide non tenentur.

Pacificè possidere quis dicatur.

Præscriptionum tempora.

Numerus denarius, vel simplex, vel multiplicatus, cur sit tempus statutum præscriptio.

Ceteris omnibus perfectior. Ab antiquis perfectus habetur.

PAISIBLEMENT.

GLOSSA III.

QVIS pacificè possedisse dicatur, vide glos. prag. sanct. in tit. de pacif. posses.

DIXANS. GLOSSA

QUARTA.



MAIOR pars præscriptionum decem annorū numero circumscribitur, aut si longius tempus deposcit, aut illius absentia, contra quem præscribitur, vel causæ, aut partium qualitas eorum annorum numero, vel duplicato, aut aliter multiplicato ferè semper concluditur. Cuius rei quanquam nulla ratio reddi posse videatur, vt voluerunt gl. & Dd. in l. nõ omnium. ff. de leg. b. & in l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. sicut nec de alijs temporum curricula à legibus statutis, vt dicit gloss. & ibi, & Bal. & gl. in c. 1. in uerbo, vsq; annu. tit. si de inuestit. in ter domi. & vasa. lis oriat. & in c. 2. de rescript. lib. 6. & in Clem. nolentes. in verbo, quadragesimæ. de hæret. & Bald. in conclusionibus Feud. in si. Tamè (ut hic dicam quod sentio) nõ mihi uidetur huiusmodi denarius numerus, vel simplex, uel multiplicatus, huic rei vbiq; à nostris Iureconsultis omnium rerum gnaris, temerè ac fortuito fuisse appositus, sed ob eam causam, quod hic numerus logè est cæteris omnibus perfectior, vt qui cõtineat omnia numerandi genera, vt par, impar, quadratū, quadrantale, longū, lauū, primū, cõpositū, ut in Problemat. Euclidis, lib. 1. §. & iterum auscultationis Physicæ, lib. 3. scriptū reliquit Aristoteles. Cuius dicta tanquã fontem intellectus, leges sequuntur, vt dicit Bal. in l. vlt. C. de si deicom. lib. sed & hic numerus (vt subdit ipse Aristoteles) fons & principiu omnium numerorū: quippe qui ex vno, duobus, tribus, & quatuor cõstet. Itè in decem proportionibus quatuor cubici numeri consumuntur: quibus numeris vniuersum constare Pythagoreis placet. Ex quibus causis fieri dicunt, quod omnes homines tam Greci, quàm Barbari aduque decem tantum numerare consueuerunt, deinde verè replicare incipiunt, vndecim, duodecim, &c. Hincque & naturam decem digitos hominibus dedisse, quod sui calculi numeros veluti attingereat. Quod ipsum ex Pythagora adducit Aristoteles, & à Plutarcho. quoque traditur in lib. de Placi. Philosoph. 1. quo loco de principijs rerum differit. Sed & Vitruuius libro 3. Archid. cap. 1. Perfectum, inquit, antiqui instituerunt numerum, qui decem dicitur. Namque ex manibus denarius digitorum

numerus, ex digitis verò palmus, & à palmo pes est inuentus. Sicut autem in vtrisque palmis ex articulis à natura decem sunt perfectijta etiam Platoni placuit esse eum numerum ea re perfectum, quod ex singularibus rebus, quæ, vbi apud Græcos dicuntur, pericitur decussis; quæ simul ac vndecim aut duodecim sunt factæ, quod superauerint, non possunt esse perfectæ, donec alteram decussim peruenierint. Quis in loco Vitruuius, vt illud obiter dicam, decussim pro decade posuit, vt annotauit Budæus, doctrix Gallicæ vertex, in lib. 1. de Assè. Plato autem ipse huius numeri perfectionem, vt Marcellus docet, ostendere voluit, dum integram absolutæ Reipublicæ formam composuit denario librorum numero, omnium numerorum integerrimo, numeros, tum intra se numeratos continente, tum ex sese in numeros replicante. Macrobi. & ipse Plato tonicus, hunc numerum perfectissimum dicit, libro 1. de Somnio Scipionis. Aristoteles, vt ad eum reuertamur, decem genera entis nominat decem categorias, quo nomine sibi volumen inscribere placuit ostendenti Philosophicè: vt Eustathius voluit decem παραμυθια, id est, entia realia: vt Alex. Aphrodisæus decem ποσας, id est, voces: vt Porphyrius decem νοηματα. id est, intellectus, siue conceptus: vel (vt Iamblichus) decem uoces simplices, non vt voces, sed vt significantes res ipsas simplices medio (vt ita loquar cum Reuchlino) decem cõceptuum simplicium. Cui assentiuntur Alex. Aegæus, Hammonius Hermiæ & Simplicius, qui etiam arbitrati sunt in istis decem generalissimis entibus duo quædam præcipua reperiri posse, in quæ diuidantur, tametsi ab una essentia ortis, ueluti substantiam & accidens, siue corporeum & incorporeum siue materiale & immateriale, aut simplex & cõpositum: ita enim duo amat denarius, vt ab vno progressus, ad duo & per duo redeat in vnum. Primus enim incompositus ternarius est, ex vno & duobus non quidem cõpositus, sed constans, quia vnum non habet compositionem, secundum non facit ergo compositionem, quando sequi volumus verborum proprietatem: ετε γὰρ ἡ πλῆθος, καὶ νοῦσα ἑπὶ μονάδα, δεσπὶ παραμυθια. ἢ ἡ σπυρη, μένουσα σπυρη, τὴν δεσπὶν ἀποβάλλει, vt inquit Simplicius in Commentarijs super prædicamentum quantitatibus. Quorum verborum hic sensus est: Neque enim vnitas, manens adhuc vnitas, positionem assumit; neque punctus manens punctus, positionem abijcit. Ex quo differentiam agnoscere possumus, quia distat vnitas à puncto. Cumque nihil sit ante ortum, rectè dicimus vnum esse primum. Binarius autam non est cõpositus ex numeris: quoniam ex sola vnitate vna & vna ordinetur, & idèò numerus est: quia prima multitudo est, à nulloque potest numero metiri, præterquam à sola vnitate omnium numerorum mensura communi. Semel enim duo, nihil aliud quàm duo sunt. Quamobrem ea multitudo, quæ appellatur Ternarius, verissimè ab Arithmetiis numerus primus incompositus nuncupatur. Binarius enim hinc procedens, non est incompositus numerus, sed magis propriè non cõpositus. Cuius itaque Ternarius non esse otiosus, quin potius bonitatem suam in omnes creaturas absque inuidia multiplicari, de virtute progrediendo ad operationem, illud fecundum quod est in eo multum multitudinis productiuum, tanquam numeri de numero, & illud essentiale, quod est in eo vnum, omnis productionis fons & origo simul, & omnis processiois initium, & omnis substantiæ immutabilis permanentia perpetua mente intuetur, ac respicit, & ita sese in seipsum retorquet per modum vnitatis & duitatis, semetipsum multiplicans atque dicens, semel bis duo, sunt quatuor: hoc est, τετρατὴς, siue quaternitudo, quæ omnium quæ creata sunt, idea est, quoniam (vt aiunt

Cur profectus decem dicatur.

Decussis pro decade posuit.

Plato integram absolutæ Reipublicæ formam composuit denario librorum numero, omnium numerorum integerrimo, numeros, tum intra se numeratos continente, tum ex sese in numeros replicante. Macrobi. & ipse Plato tonicus, hunc numerum perfectissimum dicit, libro 1. de Somnio Scipionis. Aristoteles, vt ad eum reuertamur, decem genera entis nominat decem categorias, quo nomine sibi volumen inscribere placuit ostendenti Philosophicè: vt Eustathius voluit decem παραμυθια, id est, entia realia: vt Alex. Aphrodisæus decem ποσας, id est, voces: vt Porphyrius decem νοηματα. id est, intellectus, siue conceptus: vel (vt Iamblichus) decem uoces simplices, non vt voces, sed vt significantes res ipsas simplices medio (vt ita loquar cum Reuchlino) decem cõceptuum simplicium. Cui assentiuntur Alex. Aegæus, Hammonius Hermiæ & Simplicius, qui etiam arbitrati sunt in istis decem generalissimis entibus duo quædam præcipua reperiri posse, in quæ diuidantur, tametsi ab una essentia ortis, ueluti substantiam & accidens, siue corporeum & incorporeum siue materiale & immateriale, aut simplex & cõpositum: ita enim duo amat denarius, vt ab vno progressus, ad duo & per duo redeat in vnum. Primus enim incompositus ternarius est, ex vno & duobus non quidem cõpositus, sed constans, quia vnum non habet compositionem, secundum non facit ergo compositionem, quando sequi volumus verborum proprietatem: ετε γὰρ ἡ πλῆθος, καὶ νοῦσα ἑπὶ μονάδα, δεσπὶ παραμυθια. ἢ ἡ σπυρη, μένουσα σπυρη, τὴν δεσπὶν ἀποβάλλει, vt inquit Simplicius in Commentarijs super prædicamentum quantitatibus. Quorum verborum hic sensus est: Neque enim vnitas, manens adhuc vnitas, positionem assumit; neque punctus manens punctus, positionem abijcit. Ex quo differentiam agnoscere possumus, quia distat vnitas à puncto. Cumque nihil sit ante ortum, rectè dicimus vnum esse primum. Binarius autam non est cõpositus ex numeris: quoniam ex sola vnitate vna & vna ordinetur, & idèò numerus est: quia prima multitudo est, à nulloque potest numero metiri, præterquam à sola vnitate omnium numerorum mensura communi. Semel enim duo, nihil aliud quàm duo sunt. Quamobrem ea multitudo, quæ appellatur Ternarius, verissimè ab Arithmetiis numerus primus incompositus nuncupatur. Binarius enim hinc procedens, non est incompositus numerus, sed magis propriè non cõpositus. Cuius itaque Ternarius non esse otiosus, quin potius bonitatem suam in omnes creaturas absque inuidia multiplicari, de virtute progrediendo ad operationem, illud fecundum quod est in eo multum multitudinis productiuum, tanquam numeri de numero, & illud essentiale, quod est in eo vnum, omnis productionis fons & origo simul, & omnis processiois initium, & omnis substantiæ immutabilis permanentia perpetua mente intuetur, ac respicit, & ita sese in seipsum retorquet per modum vnitatis & duitatis, semetipsum multiplicans atque dicens, semel bis duo, sunt quatuor: hoc est, τετρατὴς, siue quaternitudo, quæ omnium quæ creata sunt, idea est, quoniam (vt aiunt

Inter decem entia duo sunt præcipua.

Ternarius incompositus. Vnum nõ habet cõpositionem. Differentia vnitatis à puncto.

Vnum rectè dicitur primum.

Binarius cur numerus dicatur.

Ternarius numerus primus incompositus.

Binarius numerus propriè nõ cõpositus.

Quaternio omnium quæ creata sunt idea.

Quaternarius omnis progressio perfectior.

Arithm-

Arithmetici) quaternario omnis progressio perficitur. unde oritur decas illa; quam appellamus decem omnium rerum generalissimam. Nam vnum, duo, tria, quatuor, de omnipotente potentia ad energiam actum exeuntia, produunt decem, quorum dimidium est quinque. Pone igitur in medium quinque, tanquam aliquem signiferum in medio exercitus, & in eius latere dextro numerum proximè superiorem, qui est sex, & in latere sinistro numerum proximè inferiorem, qui est quatuor, hæc duo iuncta constituunt decem. Pone iterum in latere eius dextro numerum proximè superiorem, qui est septem, & in latere sinistro numerum proximè inferiorem, qui est tria, hæc duo iuncta simul, constituunt decem. Pone rursus in latere dextro numerum proximè superiorem, qui est octo, & in latere sinistro numerum proximè inferiorem, qui est duo, hæc duo iuncta constituunt quoque decem. Pone demùm in latere dextro reliqua nouem, & in latere sinistro vnum. iamq; reduc illa nouem ad vnum. & resurgunt decem. Quæ rursus ad viginti relata, incipiunt denuo esse vnitas, & deinceps ad omnes numeros cardinales vsque ad centum. Sicut enim bis vnum faciunt duo, & ter vnum tria, & quater vnum quatuor, & similiter vltra: ita bis decem faciunt viginti, & ter decem triginta, & similiter vltra: non aliter de centum, non secus de mille, & vltra. Hæc quidem ratio est (vt placet eidem Reuchlino) cum decem per iota, quæ virgula est erecta, Græcè scribimus, aut per solum punctum Hebraicè: id est, *יט* notamus, quæ tamen signa tam Barbaris, quam Latinis alioqui simplicem reputant vnitatem: quippe à qua numerus denarius oritur, & in quam definit Cuius Pythagoricum extat symbolum, videlicet, vnum, duo, quæ Zaracas Pythagoræ præceptor, per nomina propagationis pronuntiare consuevit, vnum appellando patrem, & duo matrem, testimonio Plutarchi in Timæi Plichonia. Nam vnum & duo cum essentia diuina produunt quaternitudinem, illam retractyn, ideam omnium rerum denario numero consumatam. Hæc fermè Reuchlinus. Cui & tu adde denarium à Græcis decada vocari, quasi de cada, quod omnem in se numerum recipiat. Pythagoreosque decada etiam mundum vocare, quod eo numero sit compactus: constant enim Sphæra, quæ dicitur a planis, & planetis. septem, elementarique natura, & postremo antichthone. Quo tamen nomine quod mirum est, vt scribit Cælius) intelligebant illi Lunam rem spheram, quia vt terra Lunam vmbra hebetat, ita Solem Luna nobis plerumque adimit. Adde, & illud ex numeri huius religione quadam & obseruantia moris fuisse veteribus, vt iustissimi quique fidei comparandæ gratia dexteras iungerent, quia sic denarium, præmitterent numerum. Nec illud item prætermittendum puto, quod Plato ad delendam culpam numero vteretur denario, centenario, millenario. Nam cuiuslibet voluptatis gradui suppliciorum decem contribuit: ita enim oblatæ maiestati diuinæ rependi omnino par fuit. Quoniam sicut beatitudinis gaudia iustitiæ humanæ dolores exuperant, sic miseriæ, cruciatus, iniustitiæ voluptates. Denarij autem rationem centenarius continet, & millenarius, quia (vt diximus) ex denario vniuerso confurgunt. Proinde numerus, quos Vniuersos dicimus, purgationi & emaculandis animis dicantur, vt labes ex peccato iniusta contractaq; prorsus eluenda significetur, & candidissima æternitatis luce perfrui valeamus: quæ depuratum modò exteriusque nitidius admittat æthereum sensum, atq; auræ simplicis ignem. Propterea Virgilius reconditoris scientiæ vates, Platonico mysterijs amplissimè imbutus, ita pronuntiat.

Centum errant annos, volitantq; hæc litora circum.

Et alibi ac eundem sensum:

-Mille rotam voluere per annos.

Ante hos omnes Trifnegistus in eo libro, cui Pimander titulus est, è tredecim tradit denarium numerum esse animæ genitorem, vnitatemque secundum rationem denarium complecti, rursusque denarium vnitatem. De hoc numero quoque hæc Ouid. lib. Fastor. 3. statim post ingressum:

Annus erat, decimum cum Luna receperat orbem;

Hic numerus magno tunc in honore fuit.

Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus,

Seu quia bis quino femina mense parit:

Seu quod ad usque decem numero crescent uenitur,

Principium spatij sumitur inde nouis.

Inde pares centum de nos secreuit in orbem

Romulus, hastatos instituitque decem.

Et totidem princeps, totidem Pilius habebat

Corpora, legitimo quique merebat equo.

Quin etiam partes totidem Tatiensibus ille,

Quosque uocant Ramnes, Luceribusque dedit.

Assuetos igitur numeros seruauit in annos

Hoc luget spatium femina mæsta uirum.

Sed iam Ethnicos hos Scriptores relinquamus. Sacre literæ apertè docent, in numero hoc denario quicquam esse latentis energiam, ac mysterij, cum ad eod frequenter illum nobis inculcent. Primum enim Genesis decimo sexto, Sara post decem annos Agar ancillam dedit Abrahamo in vxorem, vt ex ea susciperet liberos. Et capite decimo octauo, Deus Abraham pollicetur, non se deleturum Sodomam & Gommorram, si decem iusti illic inuenirentur. Et capite vigesimo quarto, Seruus Abraham tulit decem Camelos de grege Domini, deditque Rebecca armillas decem siclorum. Et trigesimo primo capite, Laban mutauit mercedem Jacob decem vicibus. Et quadragesimo secundo, Decem fratres Ioseph in Aegyptum descenderunt. Et capite quadragesimo quinto, Ioseph Benjamin fratri rediit decem alinos, ac totidem alinas dedit, tritico panemque onustas. Et Exodi vigesimo sexto, in primo tabernaculo fieri præcipiuntur decem cortinæ. & paulò post, tabulæ stantes denis cubitis. & capite sequenti, in latitudine atrij ipsius tabernaculi præcipiuntur etiam fieri columnæ decem, baselque totidem. Et trigesimo quarto capite, decem illa præcepta duabus tabulis conscripta, Moyse à Domino data sunt. In Leuitico, capite vigesimo sexto, decem mulieres in vno clibano coquant panes. & in capite sequenti, quicquid decimum venit, sacrificatur Domino. Hinc decimæ, quas vocamus, ortæ possent videri, nisi longo antè tempore Abraham decimas Deo dedisset ex omnibus, ut scribitur Genesis decimo quarto, quas etiam dijs consecrasse Ethnicos legimus. Tradit enim Herodotus libro primo, Cæcesum monuisse Cyrum, vt decimæ omnium hircorum Ioui redderentur. Et libro nono Aeginetas decimam ex spolijs Persarum, qui ad plateas occubuerunt, dijs quibusdam dedicasse. Et Xenophon in oratione quam edidit de Agesilai laudibus, tradit in duobus annis centum talenta, & amplius Deo apud Delphos decimas dedicasse. Vide Plutarchum in Vita illius, vt quod notius est omittam. decimas Herculi olim fuisse destinatas, quod videre licet apud Diodorum Siculum lib. quinto, & Plutarchum in Problem. capite decimo sexto. Sed vt redeamus, Numer. decimo quarto, Filij Israel Dominum tentauerunt per decem vices. Et capite 29. Mensis septimi dies decima sancta, & venerabilis prædicatur: & paulò post dicitur, Et quarto offeram vitulos decem. In Deut. interdicitur Ammonitis atque Moabitibus ingressus ecclesiæ, vsq; ad decimam generationem. Iosue 17. Et ceciderunt Manasse funiculi decem. Et Iudic. 20. Decem viri eliguntur è centum

Denarius numerus anima genitor.

Cur denarius numerus apud antiquos magno in honore fuerit.

optimè ex eo probari, quod syndici ciuitatum non ante possunt uti officio syndicati, quam iurauerint rectè se vsuros. Iurant quoque tabelliones, ut dicit, Ioan. Platea. in d. l. si uacantia, per textum in dicta l. comparationes. Sed est textus melior & expressior in capit. ad audientiam, de prescriptionibus. Iurant item numularij, ut notat glossa in l. quaedam. §. annularios. ff. de edendo. quam pro solenni allegat Baldus in ca. quoniam contra falsam, colum. 6. versic. quæro an isti duumui, de probationibus, ubi per eam tenent contra opinionem Abbat. antiqui, Hostien. Ioan. Andr. & Anto. quod duumui, de quibus textus ibi loquitur, debent iurare, quod & tenuit Pan. ibi, nulla Bal. mentione facta, & Fely. col. 25. vers. 3. quæro eandem quæstio gloss. ut ad eam redeamus, notat, atque etiam solennem dicit idem Bal. in cap. praeterea, colum. 1. & ibi quoque Fely. col. 2. de testib. Ex eaque dicit ipse Bald. quod omnes quibus committuntur scripturæ faciendæ, debent iurare se legitime ac si deliter, quæ sui sunt officij executuros. Iurant & milites, cum militia dant nomen, aliàs tanquam priuati haberentur, ut voluit Bal. in dicto cap. quoniam contra falsam. loco nuper citato, ad id allegans gloss. quam dicit singula. in l. eos. C. de officio. magistr. milit. ubi tamen nullam gloss. reperi istud dicentem. Sed tantum illud eos pro priuatis habendos, qui non sunt immatriculati. Sed de iuramento militum vide textum in l. 2. & ibi glo. in verbo, sacramento. ff. de his qui notan. infra. & glossa. in l. penultim. ff. quibus ex causis maio. & Speculator tit. de procurat. §. 1. versic. item quod est miles, & in tit. de iureiuran. §. 1. versic. de sacramento, quod praestant milites. Vide etiam Vegetium de re milita. Iurant etiam Doctores, l. nemini, C. de aduocatis diuersorum iudi. Iurant & rerum aestimatores ad hoc deputati, dicta l. hac edictali. §. his illud, & ibi Bar. & Bal. C. de secund. nupt. & in §. quod autem, & ibi Ang. in authen. de non alienan. & voluit Bar. in l. creditores. colum. vltim. C. de pigno. Et calculatores, qui scilicet ad calculandas rationes committuntur, ut voluit Bald. in dicto §. his illud. colum. 2. versic. pone, Consules. Et qui comparationes literarum faciunt, dicta l. comparationes. ubi Bald. in sexto notab. ex hoc notat, quod qui adhibentur tanquam periti, debent iurare. Et propterea etiam medici debent iurare, cum de artis peritia iudicant, ut voluit Bart. in proemio Digestorum, in prin. col. pen. vers. item no. & in l. iurisiurandi. C. de testib. & Bal. in d. l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nup. in antiq. lect. Matt. Afflict. in constit. Sicilia, in fin. Iurant etiam obstetrices, vel reclamante gl. in l. 1. §. 1. & in l. iurisiurandi. C. de testibus, quas sequitur Roma. consil. 21. viso puncto, circa medium. Sed eas reprehendit Bart. in dicto proemio Digestorum, & in dicta l. iuris iurandi, & in d. l. hac edictali. §. hoc illud, & ibi etiam Bald. in antiq. lect. & idem Bartol. in d. l. creditores, de pig. & Bald. in d. l. nemini. paulò ante finem. C. de aduocatis diuerso. iudicium, & Ioan. Plat. in d. l. si uacantia. C. de bonis uacan. lib. 10. Sed eas ipse Bald. excusat in d. l. comparationes, ita videlicet, ut non debeant iurare obstetrices de veritate, sed de conscientia & credulitate. Iurant item artifices & mechanici ad aliquid agentum assumpti, dicto §. quod autem in auth. de non alienan. Iurant & aduocati, dicta l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. ubi tamen glossa dicit, hoc non obseruari consuetudine, prout illum allegat Domini. in capitul. Romana. §. nec etiam, de foro competen. libro 6. ubi tamen illam consuetudinem de non iurando de calumnia, per capitul. cæterum, de iuramento calum. cum & in hoc casu sit maior ratio, quia aduocati sunt calumniosiores, versutioresque, ut not. in l. ab Anastasio. C.

Militum iuramentum. Milites in matricula ti, priuati habentur.

Doctores iuramentum est estimatorum.

Calculatores iuramentum eorum, que qui comparationes literarum faciunt. Medicorum iuramentum. Obstetricum iuramentum.

Obstetrices non iurāt de veritate. Iuramentum artificum & mechanicorum. Aduocatorum iuramentum. Iuramentum calumnia non potest tolli per consuetudinem.

manda. & hoc sequitur & dicit menti tenendum contra iudices, qui hoc iuramentum non exigunt, propter consuetudinem. Matth. Afflict. in constitutio. Sicilia, incip. aduocatos, colum. 1. in fin. Sed aduerte, quoniam glossa in dicta l. rem non nouam, non simpliciter dicit iuramentum illud consuetudine non obseruari, sed tantum formam iuramenti, quod ex hac lege sicbat tactis Euan-gelijs, quæ forma consuetudine sublata est, ut dicebat Bulga. Iurant etiam orphanotrophi, id est, educatores eorum, qui carent parentibus, ut dicit Bald. in capitul. significasti. extrà de electio. Et tutores atque curatores minorum, furiosorum, ac cæterorum, qui curatoribus indigent. l. de creationibus. C. de episcopis audien. & l. vltim. sed cum antiquitus, & ibi gloss. quæ dicit, id generale esse in omni tutore & curatore. C. de curato. furio. & in authen. hodie. eod. titul. Et in §. 1. & rursum in §. vltim. & ibi etiam glo. in authen. ut hi qui obli. se hab. & in Cle. quia contingit. §. ut autem. significasti. Bar. in l. legitimus. ff. de legit. tuto. Iurant & rectores hospitalium, dicta Clem. quia contingit, loco supra allegato. Et etiam rectores communitatum, capitul. vltim. de procurat. Iurant & erogatores annonæ publicæ, & qui stipendia soluunt, l. per hanc. C. de eroga. mil. anno. lib. 12. Et executores testamentorum, ut dicit Ioan. Platea in dicta l. per hanc, argument. dict. l. de creationibus, & dicto §. vltimo. in authent. ut hi qui oblig. se hab. Et vendentes bona debitoris auctoritate iudicis. l. vltima in fin. C. de bonis auth. iudic. poss. & Ioan. Plat. ubi supra, qui dicit hoc esse generale in quolibet administratore, per textum in authent. iurand. quod praesta. ab his, in princip. & in glossa 1. Et qui mittuntur ad inspiciendos fines agrorum, Bart. in d. l. iurisiurandi. C. de testibus. Et agrorum ipso rum designatores, siue assignatores ut consuluit Barb. consil. 25. clementissimum Deum & pijsimum, colum. 7. lib. 4. per nota. in d. l. hac edictali, & in dicta l. comparationes. Et nuncios publici, quos vulgò sergentes vocamus, capitul. cum parati, & ibi glossa & Doct. de appellatio. & voluit Bartol. in Extrauagan. ad reprimendum, in verbo, per nuncium, & Bald. in l. 2. in princip. C. de sportul. & in capitul. venerabilis, colum. 2. versic. vtrum si Papa. de dolo & contuma. Angelus in §. si quis autem, in authen. de ecclesiasti. titul. Iurant quoque custodes carcerum, Clem. 1. §. porrò, de hæreti. Et qui mittuntur ad redimendos à Turcis captiuos, cap. significasti, extrà de iudic. Iurant denique omnes periti de arte sua interrogati, ut diximus latè in ver. præced.

Illud tamen non praetermittendum, quod si partes communi consensu vnum quempiam sibi delegerunt cuius iudicio, aut testimonio in re quapiam stetur, siue, ut breuius dicam, si fides alicuius sit approbata ab vtraque parte, non est necesse illum iurare, ut voluit Bar. in l. Lucius. in fi. de fideiuss. & in d. l. Theopompus. ff. de dote præleg. Ant. in c. veniens, le 1. col. 2. & ibi etiam Fely. de testib. Idem Ant. in c. finem. col. vlt. de dolo & cõu. Ro. consil. 20. viso puncto, vers. tertio quia dictus, Fely. in d. c. quia indicante, col. 1. de prescrip. Sed redeundo ad nostram consuetudinem, declaro primo id quod hic dicitur stari iuramento illius qui prescripsit procedere, si ille non haberet titulum apud se. Nam si haberet, crederem non esse illi credendum, sed teneret illum edere. Nam quoties alicuius iuramento ad suum commodum creditur, id debet intelligi deficientibus alijs probationibus, siue cum aliter fides fieri non potest, ut voluit gl. not. in c. statutum. §. cum vero. in verbo, saltem, de rescript. lib. 6. quem sequitur Domin. ibi Bal. in l. 1. col. 1. & ibi etiam Sali. C. de iureiur. & Maria, in rep. c. quoniam. §. quod si super. col. 2. vers.

Formam iuramentum orphanotrophorum, tutorem & curatorum.

Rectores hospitalium, rectores communitatum iuramentum. Erogatores annonæ publicæ iuramentum.

Custodes carcerum iuramentum, et eorum qui mittuntur ad redimendos à Turcis captiuos.

Iuramentum illius, qui prescripsit quando staturum sit. Qui allegat titulum, tenetur illum edere.

verf. item aduerte tertio, vt lite non contesta. Quia multi qui titulum habent vitiosum, nolunt illud ostendere, sed, sibi postulant credi ex huiusmodi consuetudine.

Declara secundò, vt non obstant huiusmodi consuetudine possit probari contrarium vel ex confessione ipsius partis, vel aliàs qualitercunque. Nam quamuis lex, aut statutum disponat stari assertioni, aut iuramento alterius, poterit tamen contrarium probari, ex doctrina gl. in l. 2. §. vltim. & ibi Paul. Cast. & recentiores. ff. si ex noxa. cau. aga. & Bal. in l. 1. C. si aduer. liber. cum multis alijs concord.

Declara tertio generaliter, nisi subsit iusta causa non credendi huic, qui se dicit habere titulum, vt per Ang. in l. diuus. ff. de testam. milit. & in l. qui restituere. ff. de rei vend. & in l. qui vas. in prin. ff. de furt. & Alex. qui conor. adducit consil. 114. in causa & lite vertente. col. 2. verf. circa tertium. lib. 4. vbi & in casu simili declarat multas causas non credendi ei, cui statutum credi iubet.

Declara quartò, vt huiusmodi iuramentum necessariò sit prestandum, etiam si non deferatur à parte, vel à iudice secundum Bald. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Alex. in l. ait prator. in prin. ff. de iureiur.

Declara quinto, vt iuste iurare debeat coram iudice, aut alio à iudice id deputato. Neque enim sufficeret iuramentum vbiq; factu, vt expressè voluit Bal. loquens in statuto disponente, quòd cred. tur iuramento alterius de damno dato, l. 3. in prin. verf. circa quintum. ff. de iureiur. per not. in l. hac consultissima. §. pen. C. de testa. & in l. iu bemus. C. de lib. cau. & Alex. conf. 60. clarissime domine iudex. col. 3. ver. non obstat si dicatur. lib. 3.

Declara sexto, vt pars sit presens, cum prestatur huiusmodi iuramentum, per id quod voluit Bald. loquens de aestimatore, in d. l. hac edictali. §. illud. col. 2. verf. sed nunquid partes. C. de secundis nuptijs, & Pano. in ca. 2. de testib. Et etiam per id quod voluit Ang. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. vbi cum defertur iuramentum in sup plementum probationis, iuxta tex. ibi, debet pars iurare presente aduersario, Bart. in d. l. Theopompus. ff. de dote preleg. & Alex. conf. 130. difficultas huius negotij, lib. 1. & Fely. in d. c. 2. col. 5. ver. 9. limit. de testib. & Cat. in memo. incip. citatio partis.

LES MINEVRS. GLO. IX.

Ed si hoc non esset expressum, an tunc prescriptio huius consuetudinis curreret contra minores. Et fanè Baldus loquens in casu huic omnino simili, imò verò prorsus eodem, in quodam consilio incipiente considerandum est, dicit quod stante statuto, quod possidens cum titulo per decem annos, sit tutus, talis prescriptio etiam contra minores operetur, & idem voluit ipse Baldus loquens in eodem casu, in alio consilio incipiente, quæstio talis est, facta est citatio, & refert Cor. consil. 69. in hac consultatione, col. 1. li. 1. Sed & quòd prescriptio statutaria currat minoribus, tenet idem Bal. in l. si mater. C. de statu defuncto. & in l. vitim. & ibi etiam Ange. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necess. & Ioan. Lig. in Clein. 1. de restitutio, in integr. & Guido Pap. decif. 3. r. secundum statutum, vbi tamen intelligit de adulto, & videtur de hoc esse text. in c. constitutus, & hoc not. Inno. & Ioā. And. de in integrum restitutio. vbi tamen dicitur, quod aduersus huiusmodi prescriptionem restituitur.

Sunt tamen qui simpliciter tenent non currere prescriptionem statutariam sicut nec legalem aduersus minores, in quib. est Paul. Cast. conf. 440. quia secundum dubium, col. 2. li. 3. Et pro his est optima gl. quam non allegant, in c. 1. §. porro, tit. quali. olim feu. ali. pote.

At Bar. hanc rem ita diffinit, vt in prescriptionibus, quæ lucrum tantum excludunt currat prescriptio, vt in

Contra iuramentum partis admittitur probatio in contrarium.

Iuramentum necessario prestandum

Iuramentum est coram iudice, aut alio in id à iudice deputato.

Statutum est iuramento alterius de damno dato.

Iuramentum prestandum est parte presente.

Iuramentum delatum in supplementum probationis.

An et qua prescriptio currat contra minores.

Adultus aduersus prescriptio nem restituitur. Statutum restituitur in prescriptio nem.

terminis d. ca. constitutus, Sed in alijs quæ damnum & amissionem rei iam quæritæ adferunt, non currat: quia statuta recipiunt interpretationem restrictiuam, ne quis indebitè damnum patiat. l. 2. C. de noxal. actio. Ita voluit ipse Bar. in l. etiam. la. 2. in vlt. quæst. ff. de mino. & in d. l. vlt. in fi. C. in quibus causis in integrum, & sequuntur Ant. & Pan. in d. c. constitutus, de in integrum restitutio. Bald. autem in d. c. 1. §. porro. tit. qual. olim feud. alie. & rursus in c. 1. col. 2. ver. nisi iusta, titu. quo tempore miles. ita distinguit: Aut enim prescriptio inducta à statuto succedit loco alicuius prescriptionis inductæ à iure communi, vt si loco prescriptionis triginta annorum, quæ de iure communi non requirit titulum, statutum inducat prescriptionem decem annorum. Et tunc procedat illa opinio, quòd non currat minor: quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriam. ff. si quis cautio. & c. eccle. vt lite pendente. Aut non subrogatur loco alicuius prescriptionis legalis. & tunc ea currat minoribus, per d. ca. constitutus. Et hanc distinctionem sequi videtur Alex. conf. 65. quoniam omne datum, col. antep. in fi. lib. 6. quod repetitum est in eo. lib. conf. 118.

Illud autem planum est, aliàs statutum & consuetudinem comprehendere ac ligare etiam minores, per tex. in l. si sine hæred. §. Lucius. ff. de admini. tut. & voluit Iac. Bur. in l. de quib. in fin. ff. de legib. & ibi etiam Barto. & Bal. in repe. col. antep. verf. primò ergo quæro. vbi dicit ita omnes tenere. Cy. in l. 2. col. vlti. C. quæ sit longa consue. Iac. Aret. & Bal. in l. vlt. C. de restit. in integ. Ang. in l. si plures. ff. de pact. Alexan. consil. 49. maturè ponderat. col. 3. verf. & constat statutum, lib. 1. & conf. 37. consideratis his, col. 3. verf. & ex his constat, lib. 4. & d. consil. 55. col. 7. verf. 9. dictum statutum, lib. 6. & Barb. conf. 4. illud adferam, col. vlt. lib. 3. quicquid dixerit Gueliel. Cun. in l. ingenium. ff. de statu. homi. quem tamen sequitur Anto. in c. vlt. col. 3. 2. ver. ex hoc inferitur, de consuetu.

Quod tamen intellige, nisi statutum, aut consuetudo esset contra ius commune: nam tunc non comprehenderet minores, per tex. in ca. 2. de elect. puer. quem ad hoc expendit solus omnium, vt ipse gloriatur. Ro. sing. omnium postremo, & sequitur Franc. Curt. Junior conf. 8. vifa ac diligentissimè considerata, in fi. Bal. in l. omnes populi, col. antep. verf. vltim. quæro, statuto cauetur, vsq; ad verf. sed nunquid. in feud. fol. 28. col. 1. in verbo infantia. Et idem voluit Zilio Cremon. inter consil. 135. Bald. articulus siue casus est, dominus Ant. lib. 3. & l. 1. C. quando Impe. inter pup. & vid. quem refert & sequitur Soc. conf. 134. vifo statuto, col. 3. verf. postremo addo, lib. 3.

L'EGLEISE. GLO. X.

Etiam si non expressisset, tamen ita intellectum fuisset, quin & si nuncupatum deposuisset, ecclesiam hoc statuto teneri, non valuisset ex sententia Bald. consil. 454. colum. 3. ver. item quia generalia, lib. 3. vbi expressè dicit, quòd consuetudo aut statutum inducens prescriptionem contra ecclesiam minori tempore quàm quadraginta annorum, quod de iure communi statutum est, non valet, & peccatum mortale committit illam seruans, per cap. non minus, & c. aduersus, de immu. eccl. Vt interim illud omitterem, statuta laicorum super prescriptionibus non ligare ecclesiam, vt per Pet. Anc. conf. 258. supradictum statutum, sicut nec alia, vt alibi latè disputabimus, præsertim cum hæ nostræ consuetudines sint mistæ, clericorum & laicorum: & ideo nisi aliud obstat, ligant etiam clericos, vt alibi quoque differuimus.

Sed an etiam bona clericorum idem habeant priuilegium, vt non nisi 40. annis prescribantur. Breuiter

Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur

Statutum et consuetudo ligant etiam minores.

Statutum vel consuetudo contra ius commune non comprehendit minores.

Consuetudo inducens minorem prescriptionem quadragesima annis contra ecclesiam non valet.

Statuta laicorum super prescriptionibus non ligant ecclesiam, quod in bonis clericorum.

ter dic, quod nõ, sed iure cõmuni vtuntur, glo. in c. 1. r. 6 q. 4. & gloss. quæ illam priorem allegat in c. quãquam. in verbo, ipsarum. & ibi Arch. & Dom. de cens. li. 6. Salic. in auth. quas actiones. in vl. q. & ibi Ias. in fi. C. de sacros. eccle. Ant. in c. si diligenti. & ibi latè Imo. & in c. vlt. in rep. de prescri. Pan. in d. c. actorum. in fi. & ibi et Fely. in fi. eo. tit. idem Pan. in c. 1. col. 2. de consue. Ro. in l. vsuc. ff. de vsuc. & sing. 453. inci. tu scis generale, vbi facit gl. sing. quã primo loco allegauit. idè Pã. in c. eccl. S. Marię. super gl. 2. & ibi et Fely. col. 5. ver. & hinc est quæ bona, de cõst.

NE AVTRES PERSONNES PRIVILEGIEES. GLO. XI.

Videtur istud superflue adiectum fuisse, quoniam generale statutum non intelligitur de personis nominatim à superiore priuilegiatis, per l. ult. §. exceptis. C. vbi quis de curial. vel cohor. & in l. decurionibus, & ibi gl. & Barb. C. de silen. lib. 12. & ita per illos tex. voluit Bald. consil. 60. quãdam foror de ordine Minorum, in fi. lib. 5. Sed & idem Bald. in cap. 1. colum. pen. verf. pone princeps, de rescrip. vbi dicit, quod immunitas alicui specialiter concessa non tollitur ex generali dispositione onerum, per d. l. decurionibus, & ibi latè sequitur Barb. & latius Fely. col. 8. verf. secunda dispositio, & idem Bal. in c. cum ordinem. col. vlt. verf. decimò expono, eodem titu. dicit, quòd per constitutionem generalem sequentem non tollitur priuilegium, vt not. sing. in d. l. decurionibus, & idem Bal. in l. non plures. in fi. C. de sacros. eccl. & in l. 1. circa medium. C. de Iustinia. Cod. confir. & in c. licet causam, col. 8. verf. sed quæro, quid de probatio. vbi dicit sing. esse gl. in d. l. decurionibus, quem text. sepius ad hoc expendit & commendat, ut in l. si quis ad declinandam. col. 9. verf. item ab surdum videtur. C. de episco. & cler. & in auth. habita, in tertio notab. C. ne fil. pro pat. & in l. sed & posterior res. ff. de legib. & in l. 1. post prin. ibi, & idè princeps, ff. de constitutionibus princ. & in l. si cum mihi, ibi, & per hæc alia diè consului. ff. de dolo, & in l. dotale. in fi. ff. de testam. milita. & in l. vlt. C. si contra ius vel utilitatem publicam, & in c. graue de offic. ordin. & in c. veniens. col. 2. de prescriptio. & in c. 1. in fi. titu. quo tempore miles. & Romanus conf. 336. quoddam indultum Petri, col. 2. verf. tertia principalis ratio. Fran. Curt. conf. 146. super primo quæsto dicendum est, in princ. lib. 1. & cõf. 313. postremò res ista, col. vlt. lib. 2. & conf. 147. videndum est, col. pen. verf. sed tamen his non obstantibus, lib. 2. vbi & adhuc allegat tex. Alex. in l. si mihi & tibi §. in legatis. ff. de legat. 1. & Philip. Dec. conf. 374. in casu proposito, col. 3. verf. & hoc idem confirmatur. Et generale est, vt generalis statuti dispositio non includat casus priuilegiatos, per id quod notabiliter dicit, Salicet. in l. vlt. in princ. verf. ex quo nota bonum argumentum. C. de iure dotium, quod statutum generaliter disponens instrumenta publica non probare, nisi sint registrata in memorialibus, non comprehendit instrumenta dotalia fauore dotis. Nec similiter generale statutum intelligitur loqui in casibus specialibus, vel habentibus specialem fauorem, per textum in l. si adulterium. §. liberto. ff. de adulter. vbi dispositio diui Pij generaliter permittens occidere adulterum, non trahitur ad patronum à libertò inuentum, qui specialiter prohibetur occidi, quem ad hoc not. & dicit sing. Iason in l. cohæredi. §. qui discretas, in quarto nota. ff. de vulga. & pupilla. substitutio. & etiam per tex. in l. de testamentis, vbi hoc not. Raph. Fulgo. Imo. in l. hac consultissima, vbi gl. Rom. & Philip. Corne. & recentiores. C. qui testam. facere poss. & voluit gloss. in l. sciendum, in prin. vbi Bar. & alij. ff. qui satisfare cogan. & in l. euidẽtiones, in prin. C. de curso. publi. lib. 12. & in §. 1. in ver

Generale statutum nõ intelligitur de personis nominatim à superiore prius legatis. Immunitas alicui concessa nõ tollitur ex generali dispositione onerum. Per constitutum generale sequentem nõ tollitur priuilegium.

Generalis statuti dispositio non includit casus prius legatos saluti vs infra versos. Instrumentorum dotalia fauore dotis. Generale statutum nõ intelligitur in casibus specialibus.

bo, vacantibus. in auth. de hæredi. quæ ab intestato deferuntur, Bar. in extrauag. ad reprimendũ, in verbo, non obstantibus. Paul. Cast. conf. 427. inhærendo puncto, col. 1. lib. 1. Panor. in c. verum, colum. 5. verf. nunquæ quæro de potestate, de foro compet. Dom. in c. vlt. col. pen. de immunita ecclesi. lib. 6. Francis. Aret. in l. Pantoni, col. 5. de acqui. hæredi. et Baptif. de sancto Seueri. in rep. l. omnes populi. charta 31. verf. decimò queritur. ff. de iusticia et iure. Iason in l. si fideiusso. §. si satisfatum, colum. 3. verf. secunda regula. ff. qui satisfare cogan. et in l. iusiurandum et ad pecunias, in fi. ff. de iureiurando, et in l. 1. §. sed et si mihi, colum. 4. ff. de verbor. obligatio. & in l. 1. colum. 3. verf. 3. not. ff. soluto matrimo. & in l. postquam liti, in fin. C. de pact. & in l. fratris, col. 3. C. de inoffic. testam. & in l. quoniam in prioribus, in princ. col. 2. C. eod. tit. & in authen. de causa, col. 6. C. de liberis præteri. & alibi sæpe.

Hæc tamen non sunt omnino expedita, quia dispositio generalis omnes casus includit, licet maior videatur esse ratio in uno, quam in altero. l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. & l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præstan. & l. vlt. §. vxori. ff. de auro & argento legat. & voluit Philip. Decius conf. 29. in causa istorum, colum. 2. verf. 4. ut supra dixi, & conf. 39. cuius supra scriptio incipit, an detur restitutio, colum. 7. uerf. 1. hoc probatur, ubi loquitur in generali dispositione inducente prescriptionem, qui est casus noster, & consil. 51. an uasallus cogatur, colum. 1. Nam & alias tantum operatur dispositio generalis in genere, quãtum specialis in specie. l. si duo. & ibi Bar. ff. de administratio. tuto. & l. si chorus. ff. de leg. 3. l. omnes. C. de prescri. 30. uel 40. annorum.

Idque adeò procedit, ut etiam constitutio generalis odiosa generaliter sit intelligenda, ut notat Angelus in l. ultima, uerf. ultim. queritur, de constitutio. princip. Nam licet materia sit odiosa, & non propterea excluditur lata interpretatio, quæ ex proprietate uerborum oritur, per tex. not. in l. cum lege. vbi Franc. Aret. not. ff. de testam. et uoluit etiam Cald. conf. 1. princ. titu. de confang. et afinit. et Philip. Dec. conf. 5. in causa dominæ Mariæ. in fi. id autem adeò procedit, ut generalis dispositio comprehendat casus alios priuilegiatos, qui tamen in illo casu non habent priuilegium, ex tex. notab. in l. fraudem. in fine, ubi hoc not. Bald. ff. de mil. testam. quem et idem Bald. ad hoc quoque expendit in l. omnes populi. in fi. verf. item no. quod generale statutum. ff. de iusti. & iure. & est etiam bonus tex. in eadem l. in fraudem. §. si quis se scribat, ubi lex quæ generaliter dicit, ne quis seipsum scribat hæredem, habet locum & in testamento militis, quod aliàs est priuilegiatum. Et ex hoc inferit ipse Baldus, quòd notarius, cui interdictum fuit officium, non potest scribere etiam ad pias causas. Et hoc etiam generaliter voluit Philip. Decius in l. ex testamento. C. unde liberi. & in l. 1. col. 1. verf. & ampliatur, & in l. nemo potest in princip. ff. de regulis iuris, & in dict. capit. 1. colum. 3. de rescrip. & in cap. fedes Apostolica, colum. 5. eodem titu. & in cap. consuluit. le 1. de appel. & in d. cõf. 5. col. 1. m. 2. ver. sed tamen his non obstantibus, et conf. 48. cuius supra scri. incipit, priuilegium immunitatis, col. 2. ver. hinc est quod dispositio, & d. cõf. 61. col. 1. & cõf. 131. reuocatur in dubium, col. 3. ver. non obstat quod dicit, vbi per hoc dicit ecclesiam comprehendì sub generali dispositione.

Ex quibus potes intelligere, quid sit dicendum, cum queritur, an sub generali statuto comprehendantur priuilegiati. Nam si habeant priuilegium speciale in casu de quo loquitur statutum generale, non comprehenduntur, per ea quæ dicta sunt in principio. At si non habeant priuilegium in eo casu speciali, certè comprehenduntur sub statuto generali, quantumcumque aliàs sint priuilegiati, per ea quæ diximus in precedenti ver.

Tamò operatur dispositio generalis in genere quantum specialis in specie. Constitutio generalis odiosa generaliter intelligenda est. Odiosa nõ nunquã late interpretanda.

Nemo potest seipsum scribere hæredem nec miles qui leg. Notarius cui interdictum est scribere etiam ad pias causas.

An sub generali statuto comprehendantur priuilegiati. Dicitur fauere.

Et secundum ista intelligendum est illud dictum Saliceti in d.l. vlti. C. de iure dot. quia loquitur in casu, in quo dos habebat priuilegium, vt insinuatio non requireretur, per tex. in d.l. vlti. Et ideo optimè infert Salic. ad statutum, quod disponit instrumentum debere insinuari, vt non comprehendatur causa dotis in eo casu specialiter priuilegiata.

DROICTZ SEIGNEVRIAVX.

GLOSSA XII

Domini dicuntur qui in emphyteusim concesserunt.

Quid hæc nostra consuetudo appellet censues & droictz feodaux, vulgò notum est ex interpretatio ne nostræ consuetudinis in alijs locis, & aliquid dicemus in gl. sequenti. Quid autem intelligat per hoc verbum, seigneuriaux, nondum satis mihi compertum est, nisi intelligamus de iure emphyteutico, & vt sic intelligamus multa suadent. Primum enim hoc nomen rei cõuenit. Dominos enim (quos lingua nostra vulgari seigneurs appellamus) eos etiam dicimus, qui in emphyteusim concesserunt, respectu (vt ita loquar) illorũ qui acceperunt, vt patet ex l. 1. 2. & 3. C. de iure emphyteutico. Deinde quia etiã iura emphyteutica de iure communi non præscribuntur spacio decem vel viginti annorum, de quo loquitur hæc nostra cõsuetudo, sed nec longissimo tempore, per tex. in l. cum notissimi. §. vlti. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum, quæ tex. ad pensionem emphyteuticam trahit gl. in l. comperit. eo. tit. de qua re alibi diximus supra. Ideo ita intelligendo nostram consuetudinem. eam reducemus ad ius commune, etiam sine impropriatione verborum, quod vtique faciendum esset, etiam si verba essent impropria, per tex. expressum, quem notant omnes Doc. in cap. cum dilectus, de consuetudine, cum similib. quæ alibi adduximus. Sed & aliàs non extendenda tamen extendimus, vt ad ius antiquum & commune reducamus, vt voluit glo. reputata sing. in cap. statutum, in verbo, numerãdum, de præben. lib. 6. & Ant. in c. olim, de verb. sign. & Alex. qui hoc multum commendat in l. si constante, in prin. col. 5. in fi. ff. solu. matr. & Ias. in authen. quas actiones. col. 6. versi. & pro ea disputando. C. de sacros. eccl. Item si non ita intelligamus, erit hoc verbum seigneuriaux, superuacuum, neque enim aliud poterit significare quod non intelligatur in verbis sequentibus, censues & feodaux. Nulla enim sunt alia iura, quæ seigneuriaux possumus appellare preter ea quæ vocantur censues & feodaux, nisi iura emphyteutica intelligamus. Ideo ita debemus intelligere, ne frustra hoc verbum sit positum per l. ait præror. la 1. & Pau. Cast. Alex. & alij recentiores. ff. de iureiur. & l. postliminium. §. vlti. ibi, aliàs superflua. ff. de cap. & postlim. reuerf. Deniq; quia cum huiusmodi iura emphyteutica sint in isto casu specialiter priuilegiata, ut non præscribantur longo tempore, vt diximus, certè etiam si non exciperentur expressè, deberent tamen censerì non comprehensa sub hac generali constitutione, per ea quæ latè diximus in gl. præcedenti. Et aliàs etiam videmus, quod huiusmodi iura emphyteutica non admittuntur, vbi etiam alia admittuntur, vt planũ ex eo est quod not. scribit Ioan. Fab. in l. si eo tempore. C. de remis. pigno. quod licet aliq; præstationes amittantur per subhastationem, si creditores non se opposuerint infra tempus statutum, per tex. ibi, tamen hæc iura non amittuntur etiam si nulla intercessio siue oppositio interuenerit, per tex. in l. qui tabernas. ff. de contrahenda. empt. de qua re alibi dicemus. Sed hæc sane res dependet ex eo quod quæri solet, quanto tempore præscribatur pensio emphyteutica, de quo Ias. in l. 2. col. 4. q. 28. & iterum, colum. 81. versi. 1. C. de iure emphyteu. Primum allegat Specu. tit. de loca. §. nunc ali-

Emphyteutica iura non præscribuntur spacio decem vel viginti annorum nec longissimo tempore. Consuetudo reducenda ad ius commune.

Verbu seigneuriaux de quibus accipiãt.

Iura emphyteutica priuilegia sunt.

Creditor non opponit res sequãdo res subhastatur, præstationes annuas amittunt. Põsio emphyteutica quanto tempore præscribatur.

qua, vers. 46. & Bar. in l. ius emphyteuticum, & in l. iube mus. C. de fund. patrim. li. 11. & in l. comperit. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum, quod dicit Iason in illo priori loco indubitanter procedere, quantum ad pensiones præteritas, sed quantum ad futuras id durum esse, nec aliud dicit. Sed & Corne. conf. 42. videtur prima facie, col. pe. vers. accedat. lib. 3. dicit, qui tenetur soluere perpetuum censum, præscribit non soluendo per quadraginta annos, & adfert duo consilia Baldi. Atq; Fran. Balbus in tractatu præscriptionum, in 4. parte quartæ patris prin. in 8. q. negat hæc procedere ita simpliciter. Sed sic concludit, quia si emphyteuta habet malam fidem, vt quia is est, cui concessa est. emphyteusis, vel eam recognouit, & tunc nullo tempore præscribit, nec similiter eius hæres, cui nocet mala fides defuncti, vt supra in principio diximus in verbo, bonnefoy, Et hoc apertè senserunt Ioa. And. & Ant. in c. olim causam, in fi. de censibus, cum dicunt, quod præscriptio census non currit cum mala fide. Si verò res emphyteutica peruenit ad extraneum, tunc is præscribit dominium directum saltem in effectu, & respectu priuati, spacio decem vel viginti annorum cum titulo & bona fide. Sed sine titulo, spacio triginta annorum cum bona fide, per l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscriptio. triginta vel quadraginta annorum, cum mala autem fide nullo tempore præscribit. Hæc ille, ideo cogita.

Census per petuus præscribitur quadraginta annis. Emphyteuta mala fidei non præscribit, nec eius hæres. Emphyteutica res ab extraneo præscribitur logo tempore modo concurrat titulus cum bona fide.

CENSIVES. GLOS. XIII.

Quid hic nostra consuetudo censues, appellat, possumus intelligere ex multis præcedentibus glos. præsertim verò ex gl. 7. Censum enim passim vocat, nostra consuetudo. cum dominus feudi (ita illum vocamus, qui sicuti vulgò loquimur, tenet per hommagium aut alias sub hommagio nobiliter) concedit aliquid ex suo dominio (barbarè loqui volumus, vt omnes intelligant) ea lege tenendum, ut is, cui conceditur, quotannis soluat aliquam pensionem, quam censum dicimus, citra tamen hommagium. Quod si cum hommagio, iam non census uocabitur, sed vel seruitium annuum, vel aliter vt libitum erit: idque ius feudale, de quo & hæc nostra consuetudo loquitur, appellatur. Sed in iure qualiter census assumatur, quid dũ differat à pensione emphyteutica, & alijs similibus, vide per gl. & Pan. in c. cõstitutus, de religiosis domibus. & Bal. in ti. de pace Constan. in uerbo, perfoluere, Bar. in l. 1. §. 1. ff. de public. & vectigal. Fel. in c. ad audientiam, col. 8. ver. & dum remittit. de præscriptionib. ubi videbis multas remissiones, & et latè Iason in rub. C. de iure emphy. & Matth. Afflic. in trac. de iure Protomixeos, col. 16. ver. 6. not.

Census quid. Feudale ius quid.

FEODAVX GLOS. XIII.

Non erat opus hoc exprimere. nam noua constitutio, quantumuis generalis, non uidetur cõprehendere censum feudalem, vt voluit Sign. cõf. 220. quidam dictus Iauellus, in primo dubio, quem sequitur Phi. Decius, in l. vlt. col. 4. ver. similiter ad illud. C. unde leg. Et facit, vt ipse ait, tex. in c. 1. §. si generali, titu. si de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna. & not. in cap. 1. in prin. tit. de cap. qui cur. uend.

Noua constitutio est generalis non cõprehendit censum feudalem.

§. II.

NEN SERA PAS CREV PAR SERMENT. GLOS. Vnica.

Quamuis defunctus fidem fecisset suo iuramento, non tamen hæres debet de facto ipsius defuncti iurare, cum cenò nesciat quid defunctus, egit,

Iurare de facto alio no tenetur nemo. Iuramentum non necessarium non deferretur hæredi. Hæres præsumitur ignorare iura eius cui successit.

egerit, l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & in cap. cum quis. co. titu. lib. 6. nec debeat quis de facto alieno iurare. leg. Marcellus. ff. rerum amot. Ideo dicit Bar. in leg. in bonæ fidei. C. de iureiur. quod iuramentum necessarium, quod deferretur à iudice in supplementum probationis, non deferretur hæredi, qui communiter præsumitur ignorare iura eius cui successit, per d. leg. qui in alterius. Sequitur & dicit no. Iason in repet. leg. admonendi, col. 111. ver. secundus casus clarus est. ff. eod. Et alibi idem Bald. videlicet in l. ait prætor. in princip. ff. de iureiur. quod statutum de stando iuramento damnium passi, non intelligitur de hærede ipsius. Nec similiter promissio de stando iuramento alterius. Et primum dictum sequitur Alexan. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno in facto. Secundum autem Rom. & ipse Alexan. in leg. pen. §. hoc iudicium. ff. ne quis eum qui in ius vocat. Et simile est quod dicit Guliel. Can. in l. debitoris, in fi. ff. de iudic. quod si in instrumento est appositum pactum solitum sæpe apponi, quod de damnis & interesse stabitur iuramento damnium passi, sed non propterea stabitur iuramento hæredis, quod etiam refert & sequitur Ro. in d. §. hoc autem iudicium, & idem Ro. in l. ius iurandum quod ex conuentione, in prin. ff. de iureiur. Sed generalius idem Bal. in l. 2. ff. de condic. indeb. dicit, quod facultas aut ius iurandi non transit ad hæredes, & idem dicit, consi. 314. vtrum dictus contractus, in quarto dubio, lib. 3. vbi etiam subdit, quod cedi non potest, & ferme vbiq; allegat Bal. in l. generaliter. in princ. C. de iureiur. vbi iuramentum alicui à parte delatum non transit ad hæredem, cum multum discrepet iuramentum hæredis à iuramento defuncti. Et facit etiam cap. veritatis, de iureiur. vbi iuramentum ex parte iurantis est personale, nec illius personam egreditur, de quo latissimè diximus supra.

Iuramentum quod & quando ad hæredem non pertinet. Iurandi facultas non transit ad hæredes, nec cedi potest.

Iuramentum in ex parte iurantis personale.

Persona patris & filij vna intelligitur. Sacramentum defuncti, & hæredis unum.

Iuramentum quale & quando transmissibile.

Interrogationi quæ de stando.

cum iuramento, si uiuit, aliàs interrogationi hæredis ipsius, & sequitur Alexan. conf. 126. viso processu causæ vertentis inter Ioannē, col. 2. lib. 7. Et hæc maximè procedunt, cum iuramentum deferretur à lege vel statuto, quia tunc hæres potest iurare de facto defuncti, vt dicit Alexan. in d. l. penul. §. vltim. ff. ne quis eum, & ita quoque dicit tenere Guliel. Cun. & Ro. in d. l. qui bona. §. qui decem ff. de damno infect. Et hæc non modicum confirmat, quod scribit Inn. & post eum Io. And. in c. vlt. de iur. cal. quod quis potest iurare etiam de veritate, non solum de his quæ fecit, aut vidit, sed & de his quæ aliàs indubitanter nouit. Nam & videmus (inquirent) id dici indubitatum, quod communi auditu percipitur ab antiquis. l. in summa. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuiã arc. Quorum autoritate subnixus Pau. Cast. conf. 279. visa petitione, col. vlt. lib. 2. dicit stari iuramento possessoris feudi, vtrum sit feudum nomen an antiquum, etiam si non sit de facto illius, quia id potest scire per relationē maiorum suorum, per tex. quem etiam allegat, in l. si quis ita. §. si quis. ff. de test. tut. qui tamen ad hoc nihil mihi facere videtur. Sed optimè facit tex. in cap. omnibus. in prin. 2. q. 5. in illis verbis, auditu non esse, non dubitamus: vbi gl. infert, aliquid posse sciri auditu, & in c. beati. 2. quæ. 7. vbi diuus Ambrosius. Videmus (inquit) Paulum & Petrum ad Martyrij gloriam peruenisse. Et tamen id non viderat Ambrosius, sed id veluti indubitanter se scire opinabatur ex antiquarum scripturarum renuntiatione, & in c. hoc videtur, & ibi bona gl. in verbo iudicauit 2. q. 5. & alia glo. in c. testes, in verbis quæ nouerunt, 13. q. 9. Quid quod Bal. conf. 14. in quodam contractu, in secundo dubio, lib. 1. consuluit, quod si in contractu venditionis dicatur, quod de certa re futura credatur emptori, & emptor alteri cedat, tam bene credetur huic singulari successori, quam primo emptori, cum istud non videatur concessum ratione personæ, sed contractus: vnde sufficit, si persona sit æquè idonea, quod in dubio præsumitur, l. si actor malit. ff. de procur. Quæ Bal. decisio huic admodum pertinet: quia si ex contractu alicui de re aliqua credi debet, intelligitur iuramento interueniente, vt latissimè probauimus in §. præced. Et ideo ex sententia Bal. hoc ius credendi, & ita iurandi, transit non solum in hæredem vniuersalem, sed & singularem.

Hæres quando potest iurare de facto defuncti.

Iuramentum cuius scitur super feudo, nomen, antiquum. Aulium probari quid possit.

Iuramentum singularis successoris non iudicatur.

Iurandi ius transit in hæredem vniuersalem & singularem.

Lex sepe loquitur.

Iuramentum legis hominis non ita transmissibile.

Iuramentum damni intransmissibile.

Vides igitur hanc rem esse admodum dubiam. Tamen ad sedandam harum rerum controuersiam, Rom. sæpe ita distinxit, an videlicet facultas iurandi deferatur à lege, vel ab eius ministro, id est iudice, vel legis autoritate: & hoc casu transeat ita facultas ad hæredem, quoniam lex semper loquitur, l. Ariani. C. de hæret. & ita æquè nunc respicit personam hæredis, ac olim defuncti respiciebat, & ita procedit gl. in d. l. pe. §. hoc autem iudicium. an verò huiusmodi iuramentum deferatur ab homine, & sic ex voluntate partium, & tunc non transit ad hæredem, per dictam l. generaliter. Nam alia est conscientia defuncti, de qua confisus est is, qui iuramentum detulit, alia hæredis, quam is non approbavit, arg. l. cuius bonis. ff. de cur. furio. Ita voluit Ro. in d. §. hoc autem iudicium, & in d. l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infect. & in l. 3. §. vlt. ff. de iureiur. ff. eo. & plenius conf. 290. in casu propositæ consultationis breuiter, col. 2. vers. præterea tunc quæritur. & sequitur latè Iason in d. §. hoc autem iudicium. col. vlt. & in d. l. si quando. col. pe. vers. quæro successiuè. C. vnde vi. Ex quibus videtur non rectè dixisse Bald. in d. l. 3. §. ait prætor. de iureiur. quod statutum de stando iuramento damnium passi non intelligitur de hærede, cum à lege vel statuto deferatur huiusmodi iuramentum, & ita eum in hac specie nuncupatum reprehendit Roman. ibi, & Ias. in d. §. hoc autem iudicium. Nec similiter rectè dixisse

videtur Bald. d. consilio 93. allegatus in fine præcedentis versiculi. dum innuit, facultatem iurandi ex contractu transire in singularem successorem.

Quando iuramentum à lege delatum transire ad heredem.

Id tamen quod diximus, iuramentum à lege delatum transire ad heredem, intellige modò hæres sit bene informatus de rei veritate, vt cum nostris loquar, vt expressè voluit Bal. in d. §. 1. tit. si de inuestit. inter domi. & vasal. lis oriat. dum ita intelligit illum tex. ex quo notauerat, ius probandi per sacramentum transire ad successorem, vt supra diximus, vt videlicet procedat, si hæres iurare possit, quia sit informatus de veritate, sequitur & trahit ad omnes casus, in quibus iuramentum transit ad successorem. Iaf. in d. §. hoc autem iudicium, & in d. l. si quando. col. pen. ver. limita tamen. C. unde vi. ubi hoc reputat sing. & Cate. in suo sing. inci. iurandi facultas, & Roma. d. conf. 290. Et hoc probabile est, quia aliàs hæres posset subire anceps periurium, quod ne fiat, iudex prospicere debet, l. uideamus, post princi.

Periurio occurrat iudex.

ff. de in litem iurand. cum similibus.

An autem & quando facultas declarandi transeat ad heredem, vide gl. & Doct. in litem Pomponius scribit, si frumentum. §. vlt. in gl. t. ff. de rei vend. Bart. Bal. Ang. & alij & in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. lat. e. idem Bar. & alij recentiores in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de uerb. obli. Bar. Bal. & alij in l. si quis à filio. §. si plures. ff. de legat. 1. Bal. & Imo. in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de lega. 2.

Declarandi ius an & quando transeat ad heredem

Item an ius eligendi etiam transeat ad successores, vide per Bart. & alios in l. si stipulatus. ff. de uerb. obli. et in l. si sic. ff. de leg. 1. & Bal. dicto consil. 94. incip. in quodam contract. lib. 1. Denique quid de iure et potestate arbitrandi, uide Cyn. et Bal. in l. ult. C. de contrahen. stipul. eundem Bal. in l. ultim. §. 1. colum. 3. C. commu. de leg. et in l. uoluntatis. C. de fideicom. et in l. ult. in 25. q. C. de hered. instit. Bar. in d. l. si stipulatus, et in l. à filio. prin. ff. de alimen. legat.

Eligendi ius an transeat ad successores Arbitrari di ius an transmissibile.

FINIS.

ANDREAE



TIRAQVELLI
REGII NVPER
IN PARI SI EN SI
CVRIA SENATORIS.



DE IVDICIO IN REBVS
EXIGVIS FERENDO.
TRACTATVS.



REQVENTER contingit infima iudicum subsellia ob res exigui, aut ferè nullius prætij litibus perstrepere, in hisque, dirimendis plurimum laborare, vel ob probationum inopiam, quæ sapius in his perspicitur, aut iudicum religionem, quæ varijs iudicandæque validis rationibus vtrinque adductis commota, cum leues eiusmodi controuersia de plano iudicandæ sunt, fluctuare solet. Itaque quò certius de his iudicium ferri posset, multarum ciuitatum statutis ac legibus receptum est, vt in his expediendis imperfectæ, & semiplenæ (vt vocant) probationes admittantur, & in sua causa quis iudicet. Quæ quidem statuta hinc pariter scrupulum plerisque iniecerunt quòd, contra ius commune duabus potissimum rationibus inducta sint. Prima, quia nemo in sua causa quantulibet modica idoneus est testis vel iudex. l. nullus. ff. de testib. & ibi glo. & C. vt nemo in sua causa iudicet per totum. & 4. q. 3. c. nullus. cui sententiæ subscribens Cicero pro Roscio. Itaque (inquit) more maiorum comparatum est, vt in minimis rebus amplissimi homines testimonium de sua re non dicerent. Africanus qui suo nomine declarat tertiam partem orbis terrarum subegisse, tamen si sua res ageretur, non diceret testimonium. Nam (illud in talem virum non audeo dicere, si diceret, non crederetur. Idem pro Fonteio: Si qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere viderentur, his credi non conuenit. Gellius lib. noct. Atticarum 14. c. 2. recenset, quòd cum aliquando à prætoribus electus in iudicem fuisset, apud illum petita pecunia fuit, quæ numerata dicebatur. Qui petebat neque tabulis neque testibus. id factum docebat & argumentis admodum exilibus nitebatur, sed eum constabat virum esse bonum, notaque & expertæ fidei & vitæ inculpatissimæ, multaque & illustria exempla probita-

tis sinceritatisque eius expromebantur: illum autem à quo petebatur hominem esse non bonæ rei, vitæque turpi & fordida: vulgò mendacij conuictum, plenumque esse perfidiarum & fraudum ostendebatur. Quia in re Gellius non ausus reum condemnare, diem diffundi iussit. sicuti etiam è nostris retulit. Iaf. in l. qui accusare. C. de eden. Et id quidem adeò verum est, vt nec iudicium quis faciat in sua causa, vt voluerunt glo. & Bar. in l. deferre. §. idem deiecerunt. ff. de iure fisci. Secunda ratio est, quia etsi quis esset testis idoneus in sua causa, non tamen illi crederetur: cum vulgò dicamus vox vnus vox nullius. l. iurisiurandi. C. de testib. & c. veniens. extrà eo. & c. cum à nobis & c. licet. cum infinitis similibus. eo. Et vt scribitur Nu. 35. c. Ad vnus testimonium nullus condemnabitur. Et Deute. 17. c. In ore duorum aut trium testimonium peribit, qui interfecerit: vbi subiungitur, nemo occidatur vno contra eum testimonium dicente: & iterum c. 19. In ore duorum vel trium stabit omne verbum. quod & repetit Christus Mat. 18. & D. Pau. 1. ad Cor. c. 13. & ius nostrum, extrà de testa. c. cum eses. & c. relat. Propterea Hieronymus contra Rufinum scribit: vni neque Catoni credendum esse. Tradit quoque Valerius maximus lib. 4. ca. 1. quòd cum Q. Scæuola vir excellentissimus testis in reum productus, testimonium dixisset, discedens adiecit, ita sibi credi oportere, si & alij idem asseuerassent: quoniam vnus testimonio credere pessimi esset exempli. Et id quidem adeò verum est, vt nõ possit statui, vt testimonio vnus credatur, vt est tex. 3. q. 9. iudicas Hermani. ibi, nos vni ad discrimen alterius credere proculdubio non possumus, quem ad hoc ponderat Barb. in l. si dari stipulatus. col. pe. ff. de verb. obli. vbi illam facit sing. & Fel. in c. constitutus. col. 9. extrà de rescri. & in c. vlt. col. 3. extrà de maior. & obe. Iaf. in l. iurisiurandum quod ex conuentione. col. 2. ff. de iureiur. & in l. admonendi. col. 20. in lec. & in repe. col. 74. Et propterea dicit Ang. in sua di-

Diem diff. fundi.

Vnius testimonio non credi.

De eodem re.

Indicandi difficultas in litibus exigui, aut nulli prætij, & quamobrem.

Statutum, vt quis in sua causa iudicet, an valeat.

spu. Astenfis miles & c. & Ant. in c. 2. de prob. quod per statutum vel consuetudinem, non potest disponi, vt vni testi credatur, nisi vt subdit Anto. & post eum Pan. propter casum necessitatis vel euidētissimę utilitatis, quod & sequitur Ias. in l. 1. col. antepen. ff. de verb. obl.

Ex quibus possit videri huiusmodi consuetudinem non valere, nec esse obseruandam: teneas tamen intrinsecidē esse validam. Nam quod diximus de iure diuino vnius testimonio non esse credendum, id vtiq; fateor, nec ideo posse Papam, aut Imperatorem statuere, vt sepe & in quacunq; causa vnius testimonio credatur, nec in eam rem statutum valere aut consuetudinem. Sed quod in certis hisq; præsertim leuibus & modici præiudicij, & vbi est casus necessitatis, aut euidētissimę utilitatis, iuxta sententiam Ant. & Panor. id possit fieri, manifestum est ex text. l. si quando. C. vnde vi. & extrâ quod met. cau. cap. ult. & ex ijs. quæ passim dicunt nostri Doct. unum testem aut famam, aut aliam semiplenā probationem sufficere in his quæ sunt modici & leuis præiudicij, ut voluit gl. in l. ubi. C. de iure dot. in illis verb. quod inspiciam secundum vulg. opiniononē, & ibi Bal. col. 1. uer. querit hic gl. & Bar. in l. si cōstā te. col. 2. uer. quædam sunt causæ. & iterum col. 3. uer. cōtra hoc opponitur. & ibi quoq; alij Doct. ff. solu. matr. per tex. ff. de Carbo. edic. l. 3. §. causæ. ff. ad exhib. l. 3. §. sciendum. idem Bar. in l. 2. §. ult. C. ubi in rem act. & in l. 1. C. quorum bonor. & in l. de honore. §. plurimum. col. ult. ff. de q. Bal. in l. 1. C. de summa trin. & fide cath. in magna repet. quæ communitur non habetur in lect. col. 28. uer. è contrâ pono conclusionem, per tex. in d. l. Theopompus. Ant. & Pan. in c. ueniens. lect. 1. extrâ de test. Anto. in c. 1. de testib. Pan. in c. super eo. per illum tex. extrâ de confan. & affin. & in c. cum desideres. col. 2. de sent. ex com. Mat. no. 1. & 2. Gaspar. Vala. in repe. l. imperium. col. 2. ff. de iurif. com. iudi. Alex. conf. 188. uiso processu inquisitionis, col. 2. uer. potest enim per statutum. lib. 7. Ias. in repet. admonendi. col. 87. ff. de iureiur. Dec. in c. dilecti. col. 4. uer. primus est, extrâ de appel. Quin text. habemus 11. q. 1. cap. quicunq; quod potest Imperator statuere, vt aliquando credatur testi monio vnius secundum intellectum. Inn. in c. nuper. de testi. vbi etiam Panor. hoc not. dicitq; esse memorabile ad limitationem illius iuris diuini, in ore duorum vel trium, & c. Et ad hoc solum text. reputat sing. 258. tu scis quod dispositio. in fin. & Barbat. consil. 42. Deum inuocando. colum. antepenult. libro 3. Ex quo satis respondetur huic quod dictum est, non posse Papam statutum, vel consuetudinem disponere, vt vni credatur, quia illud intelligendum est, vt non possit id qui dem generaliter statuere. In certis autem causis, & his quidem leuibus, & vbi est casus necessitatis, vel euidētissimę utilitatis id possint.

Huc facit gloss. ff. de iust. & iure. l. 1. §. huius studij in uerbo, ad singulorum. Ex qua not. Bald. & Paul. Castr. quod uerba simpliciter prolata à lege, statuto, vel homine, debent intelligi principaliter & per prius, & non secundariò, per text. in d. §. legatarijs. vt etiam not. in dicta l. si quis nec causam, nec propositum. ff. si cert. pet. Et inferunt ad quæstionem de legatario teste deponente super institutione hæredis interrogato, an commodum ad eum spectat, si respondeat quod non, ob id non incidit in falsi crimen, quia debet illius dictum intelligi principaliter, & non secundariò, per text. in d. §. legatarijs. sequitur Alex. conf. 68. uiso processu contra Ant. lib. 3. Et subdit Bal. in d. §. huius studij. quod principaliter, idem est quod præsentialiter, id est, primò & immediatè, l. & quia. ff. de iurisdic. omnium iudic. & l. item si fundi. §. pen. ff. de usufruct. Contingenter autè dicitur, illud quod habet aliā causam sub se quæ coniungitur cū aliā, & sic dicitur secundariò, id est, mediatè d. l. 1. ff. de auct. tut. de quo etiam uide per eundem Bal. in l. principaliter. la 2. ff. de liber. cau. & per Bartol. in l. ambitiosa. in prima reg. ff. de decr. ab ord. facien. & in procemio C. Vnde inferunt quoq; Bal. & Pau. Castr. in dicto §. huius studij. quod statutum puniens seditiosum, intelligi debet de seditioso & turbante principaliter, non autem de seditioso & turbatione quæ fit in consequentiam alterius delicti, vt refert Alexand. in addit. Bart. in l. si quis ingenuam. ff. de capt. & postlim. reuer. ita tamen vt nescias an sequatur, & idem quoque uult. apertissimè in dicto consil. 68. nuper allegato, & conf. 14. uiso testamento. in fi. vbi per hoc consuluit in pulchro casu, & iterum consil. 1. colum. 7. uerficu. item respondeo. libro 3. vbi & per hoc consuluit, quod statutum puniens capitaliter capientem & detinentem aliquam personam causa libidinis, intelligitur quando capit & detinet causa libidinis principaliter, secus si in consequentiam alterius tractatus, & ad hoc multa similia allegant, quæ ibi videre poteris. Sed tu uide num huic sententiæ, sit contrarium, quod consuluit ipse Bal. consil. 35. in Christi nomine eiusque beatæ uirginis Mariæ, & Michaelis Archangeli. ex insultu lib. 2. quod si Titius fecit insultum contra B. quem baculo percussit, vnde concitatio facta est in ciuitate, punietur de uulnere, atq; etiam de eiusmodi concitatione ex forma statutum punientis facientem concitationem in ciuitate, quod dictum refert Alexan. in l. nunquam plura, col. ult. ff. de pri. del.

Ex his fit, vt illa dicantur concernere utilitatem publicam, cum eam respiciunt principaliter, & non secundariò, ita quod si datum est aliquibus arbitrium super utilitate publica alicuius ciuitatis, non poterunt statuere, nisi de his quæ ad illam pertinent principaliter, vt dicit Paul. de Castr. in dicto §. huius studij. & ante illum Bar. quem allegat in l. 2. in fi. ff. ad municipi. vbi dicit hoc notandum, de quo etiam per eundem in d. l. ambitiosa. in 1. & 2. regula. ff. de decr. ab ordin. facien. & in dicto procemio Cod. & nos in tractatu nostro primogenit.

Sic & semper ferè aliàs nulla habetur ratio, siue consideratio eorum quæ secundariò solum & in consequentiam ueniunt vt patet ex l. 1. ff. de aucto. tut. vbi tutor non præstat auctoritatem in rem sibi principaliter profuturam, secus si secundariò, vt in l. si sponfus. §. donationis. & §. generaliter, vbi ualet donatio facta à viro uxori, si vir ipse non principaliter, sed in consequentiam donet uxori, & ff. de procurat. l. non solum. §. vltim. iuncto tex. ff. de suspic. tut. l. 1. §. pen. & vlt. vbi potest interuenire procurator, quando pœna capitalis imponitur non principaliter, sed in consequentiam, & ita per illos tex. uoluit Imo. qui nouum hoc & singulare reputauit in l. pen. §. ad crimē in 4. car. ff. de pub. iud. & Io.

Verba simpliciter prolata, debent intelligi principaliter.

Principaliter quid.

Et quid contingenter.

Utrum statutum puniens seditiosum, intelligatur de seditioso principaliter, nõ in consequentiam.

Incorporalia nõ ueniunt in diuisionem principaliter.

Spiritus quomodo possit obtinere bona patris.

Alienari posse in consequentiam rei alterius qua principaliter uenit non possunt.

Utrum iudex laicus possit accessorie prius iure patronatus.

Quæ dicitur tur concernere publicam utilitatem.

Nulla ferè habetur ratio eorum quæ in consequentiam ueniunt.

Iudex aliàs incapax principaliter, si uideretur nõ esse cognoscere. Et arbitrer.

& Ioan. Ana. in cap. ueniens. col. 2. & ibi Felin. col. vltim. extrà de accus. Barb. qui illum text. dicit ualde singul. dicto conf. 2. li. 1. & dicto conf. 1. li. 2. & dicto cōf. 77. lib. 3. Et ante hos omnes Bald. in l. reos. col. 5. C. de accus. & in addit. Spec. tit. de accus. uerfic. pro homicidio. Et etiam text. ff. de pact. l. si vnus. §. illud, vbi dolus de futuro principaliter remitti non potest, sed bene in consequentiam, & ff. commun. diuid. l. arbor. §. aquarum, vbi licet incorporalia per se & principaliter non ueniunt in diuisionem, ueniunt tamen in consequentiam rei corporalis, sicuti & per illum text. uoluit Bald. in c. imperialem. §. præterea. tit. de prohib. seu. alien. & ff. de probat. l. cum probatio. ex quo not. gl. aliquid cuncti secundariò quod principaliter non conceditur & allegat concord. extrà de præscr. cap. ad audientiam, & ibi glo. in verb. principaliter, quod id quod Romanam ecclesiam secundariò solum tangit & non principaliter, potest præscribi minore tempore quàm centum annis, quod tempus aliàs requiritur contra Romanam ecclesiam, & illam gloss. ad hoc dicit auream Felin. ibi, col. 8. uer. limita prædicta sex modis. Et etiam tex. in c. multorum. de Iudæ. vbi licet Iudæus non possit principaliter possidere Christianum mancipium, potest tamen in consequentiam fundi, cui est ascriptum. Ex quo not. Petr. Anc. & Ioan. Ana. quod aliquando licitum est aliquid per quandam consequentiam, quod non licet principaliter. hoc quoq; trahunt ad id quod uoluerunt Dyn. & Bartol. in l. si quis duos. per tex. ibi ff. de liber. leg. Et Bald. in l. 1. in fin. C. pro socio. quod licet spiritus non possit obtinere bona patris, tamen si contraxit societatem cum aliquo, qui instituitur hæres à patre, certè obtinebit pro portione societatis, nisi appareret (inquit Bart.) illam societatem fuisse contractam in fraudem.

Ex hoc fit, vt quæ principaliter alienari non possunt, in consequentiam tamen alterius rei cui accedunt uendi possint. l. ergo. §. quædam. ff. de acqu. rer. dom. & l. in modicis. ff. de contrah. emp. & vend. & utrobique glo. & Doct. Ideo licet ius patronatus, cum sit spirituali annexum, uendi non possit principaliter. c. de iure, extrà de iure pat. potest tamen accessorie, & in consequentiâ eius rei ratione cuius competit. c. ex literis. eo. per quem text. dicit gloss. notab. in can. filijs. 16. q. 7. quod licet causa iuris patronatus sit spirituali annexa, nec possit coram iudice laico agitari, nec possit ipse iudex laicus aliquem iure patronatus priuare, ca. quanto. extrà de iudic. Hoc tamen procedit principaliter, secus si ueniret accessorie cum uniuersitate, vt uult gl. in dicto c. quanto. & Ant. Card. qui dicit se ita consuluisse, & Pan. qui illam facit singul. & Dec. in d. c. quanto. & ipse Pan. in ca. cum laici. uerfic. sed hic quæro. extrà de iure patr. & Bald. in l. vlt. car. vlt. in 9. qu. uerfic. nunquid si iudex secularis. C. de edicto diui Adri. toll. & Flor. in l. via. §. si fundus. ff. de ferui. rustic. præd. & Soc. qui dicit ita se consuluisse, & uidisse obseruari in tract. fallent. regul. 2. 17. quamquam sint qui contrarium tenuerunt, quibus argutè respondet Soc. in d. c. quanto. vbi & hoc limitat, sicuti per illum uidere poteris.

Nec hoc casu tantum, sed & aliàs iudex potest secundariò, & incidenter, & ueluti per quandam consequentiam de his cognoscere, qui aliàs est incapax principaliter, text. est in l. quoties. C. de iudic. per quem dicit glo. in l. cum proponas. C. de iure iur. quod licet arbiter non possit assumi in causa liberali, l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbitr. c. causa. extrà de integ. resti. potest tamen de ea cognoscere, cum incidit in aliquam causam, de qua principaliter cognoscit d. l. cum proponas. quam gl. dicit ualde singul. Barb. d. consil. 1. col. 4. lib. 2. & ante illum hoc dicit sing. & notandum Ro. ling. 468. causa status. text. quoq; in dicta l. quoties.

per quem dicit Bal. in l. aduersus. C. si aduer. rem iudic. quod et si de nullitate sententiæ lata à delegato principis solus princeps cognoscit, vt est ibi text. per quem ita uoluit Iac. Butt. ibi, iuncto tex. in l. vlt. C. de legib. illud tamen procedit, quando principaliter de ipsa nullitate ageretur: quod si incidenter agatur, poterit etiam alius quàm princeps cognoscere, quia ratione incidentium quæstionum augetur iurisdicção, id quod etiam uoluit Ang. conf. 266. dicta interlocutoria, punctus est per dominum. col. 2.

Cui proximè accedit, quod licet iudex maleficiorum non possit de causa ciuili iudicare, l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. l. 1. §. vlt. & l. quod diximus. ff. de aucto. tut. Ita quod eius iurisdicção non potest ad eam rem prorogari. l. testamento. C. de testam. vbi Cyn. & Bald. hoc notant, & ijdem Cyn. & Bal. in l. si quis ex consensu. C. de episc. aud. & Bar. in l. inter conuenientes. ff. ad municipi. Potest tamen incidenter de ea cognoscere. text. est & exemplum in l. interdum. §. qui finem. ff. de furt. vbi cum huiusmodi iudex cognoscit principaliter de furto criminaliter, poterit ultra pœnam furti incidenter iudicare de restitutione rei sublata, & ad hoc dicit illum text. mirabilem Bart. ibi, & ualde singul. Barb. d. conf. 1. lib. 2. huic quoq; similis est tex. secundum Barto. vbi supra, ff. finium regund. l. 4. §. si dicatur. quem & ad hoc dicit not. Iaf. in §. ex maleficijs. colum. 16. Instit. de actio. Et hoc certè uoluit Imo. in c. cum oportet. & ibi Ana. & Felin. qui allegat multos tex. & Doct. col. vlt. de accus. & Bar. in l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bon. rap. & in l. 1. ff. ad Turpil. & in l. pen. per illum text. ff. de calum. & in l. defuncto. ff. de pub. iud. Bald. in l. quod euitandi. C. de condic. ob. tur. cau. & in l. obseruare. §. proficisci. in 6. quæst. ff. de off. procon. & in l. ea quidem. col. 12. C. de accus. Pan. in c. finem. col. 13. in tertia parte gl. magna, extrà de dolo & contum. & in c. postulasti. in tertio notab. per illum tex. vbi Iaf. & Felin. extrà de Iudicis. Ang. in tractat. malefic. Corn. conf. 130. uiso libello. col. pen. uer. & in super etiam iudex. li. 1. & conf. 8. circa primum dubium. col. 5. uer. uenio nunc ad quartum. lib. 3.

Et è diuerso licet iudex ciuiliū causarum non habeat imperium, nec possit de causis criminalibus cognoscere, si tamen causa criminalis incidenter accedat causæ ciuili, de qua principaliter cognoscit, poterit de ea iudicare, l. nullum. C. de testib. & ita per illum text. & in dicta l. quoties. tenuit expressè Ang. in l. si uacantia. uerfic. de quarto principali articulo. C. de bon. uacant. li. 10. & Ang. Are. in dicto tract. malefic. in gl. 1. col. 9. uer. tertio principaliter est uidentum.

Præterea quauis iudex laicus non possit cognoscere de causa uforarū, sed solus iudex ecclesiasticus, vt not. 11 q. 1. c. in summa. & in Cle. dispēdiofam. de iud. Tamē si in quæstionem pignoris, aut aliam principaliter coram iudice laico motam, incidat uforarum quæstio, poterit de ea incidēter cognoscere, vt uoluit Bal. in c. 1. §. simil. de cōro. in uel. quod quomodo intelligatur ibi illum uide. & Bar. & eundem Bal. in d. l. quoties. C. de iudic.

Item licet causa dotis pertineat principaliter ad iudicem secularem, vt dicit gloss. in c. de prudentia. extrà, de donat. inter uir. & uxor. per text. in l. mutus. §. 1. & in l. quemadmodum. §. 1. ff. de iure dot. & in l. vbi. & in l. seq. C. eod. Potest tamen iudex ecclesiasticus de dote incidenter cognoscere, cum uidelicet incidit in causam matrimonij, de qua principaliter cognoscit, vt est tex. in dicto c. de prudentia. Quibus adde, quod scribit Ant. in c. 1. de translat. episc. quod electus & cōfirmatus nondū tamē consecratus, potest cognoscere de causa criminali incidenter & accessorie, licet non principaliter, quia non attenditur quod fit in consequentiam, multaque in consequentiam permittuntur, quæ non principaliter, per tex. supra allegat. in l. 1. ff. de auct. tut.

Index maleficiorum, quomodo de causa ciuili iudicare possit.

Et e contra ciuili de criminali.

Laicus iudex, an & quando possit cognoscere de causa uforarum.

Dotis causa pertinet principaliter ad iudicem secularem.

tut. vbi Bart. & alij, Barb. quoq; dicto conf. 2. lib. 1. & d. 2. conf. lib. 2.

Eaq; procedūt nō in iudice ordinario solum, sed & in iudice delegato, cuius fines non aded latē patent, vt qui exacta diligentia formam mandati obseruare debeat, extrā de rescrip. c. cum dilecta. in fin. Potest tamen nō solum de causa sibi nominatim commissa, sed & de alia quoque quæ incidenter aduenit, cognoscere, vt est text. in l. vlt. in fin. & ibi not. Rapha. Falg. C. vbi & apud quos. & similis omnino tex. in c. causa, extrā de integ. resti. quem ibi ad hoc not. Panor. in tertio notab. adfirmans ratione huius consequentia, & (vt ita dicam) incidentiae ampliari iurisdictionem non solum ordinarij, sed etiam delegati iudicis. Et idem quoque procedere in mandato procuratoris, vt ratione incidentis extendatur ad specialiter non commissa, vt voluit bona gloss. in c. pen. eod. tit.

Et id quidem quod dictum est de procuratore, obtinet etiam in his quæ requirunt speciale mandatum, verbi gratia. Procurator non potest sine speciali mandato petere restitutionem in integram. l. illud. §. 1. ff. de minor. & c. coram. extra de integ. resti. quod verum est cum petitur principaliter, secus si incidenter, quia tunc nō est necessarium mandatum speciale secundum Bar. in dicta l. illud. §. 1. & ibi Salic. & idem Bar. in l. procurator. in fin. prin. ff. de oper. noui. nunc. & in l. 1. C. etiam per procur. & in leg. qui propria. §. item quæritur, per illum text. de procur. ff. & in l. indebitum. C. de condit. indeb. vbi etiam generalius notatur, in omnibus casibus requirentibus speciale mandatum, hoc ipsum procedere per illum tex. quem ad hoc dicit singul.

His conuenit, quod licet Papa non possit tollere ius alteri quæsitum ex iure naturali, tamen vbi illud ius venit non principaliter ex iure naturali, sed accessorie, & in consequentiam iuris ecclesiastici, in quo Papa habet pleniorē potestatem, potest sublato principali etiam solo verbo ipsum accessorium, quod iuris est naturalis, tollere, vt voluit Innoc. in c. 2. per illum text. extrā, de vot. & obed. vbi Papa tollit obligationem quæ sitam laico, disponendo principaliter super voto, & sequitur ibi Ant. nec dissentit Panorm. licet det aliam intellectum per quem probat aliud, & huic modo proposito accommodatissimum, videlicet quod vbi contractus laicorum est iuratus, potest tolli per Papam cū causa, tollendo iuramentum quod est principale, de quo etiam per Fel. in c. quæ in ecclesiis. col. 18. vers. tertia declaratio. extrā de constit.

Præterea licet inducta ad vnum finem non debeant operari contrarium effectum, l. quod fauore. ff. de legib. & l. legata inutiliter. in princ. ff. de adm. legat. Fallit tamen quando contrarij effectus venit secundario, & in consequentiam ipsius actus. l. cum ex oratione. quam ita declarat Bald. in dicta l. quod fauore. in 7. opposit. & melius facit text. in l. denique. §. interdum. & quod ibi not. Bart. ff. de pecul. l. secundum Philp. Dec. in c. cum venerabilis. super gloss. in verbo, confessus. extrā de exceptionibus.

Ad hæc licet minor habens curatorem non possit alienare immobilia sine decreto, l. magis puto. §. nec passim. ff. de reb. eorum. l. lex quæ tutores. C. de adm. tut. cum simil. hoc tamen intelligitur cum hoc agit principaliter. Nam accessorie & in consequentiam suæ personæ, ingrediendū videlicet monasterium, omnia bona sua dicat monasterio absq; decreto, modò sit pube. vt not. Cyn. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. Can. in c. in præsentia. extrā de probat. & Iaso. in l. vlt. C. de pact.

Adde quod voluit Rayn. Floren. in leg. diuus. in apstul. ff. ad Silieia. quod statutum loquens de pacto offensi siue habentis interesse, intelligitur de eo cuius

interest principaliter, non item secundario, vt not. in l. 1. C. de succes. edict. quibus subscribit Bal. in l. ut vim. colu. 3. ff. de iustit. & iur. vbi dicit, quod statutum permittens offenso facere competentem vindictam, intelligitur de principaliter offenso, per tex. in l. qui liberis. §. verba. ff. de iur. & pupil.

His accedit quod voluit gloss. not. in l. non verè. ff. ex quibus cau. maio. quod si aliquis sit absens, partim causa Reipub. partim causa rei priuatæ, illud potissimum attenditur quod principaliter intendit, quod commendat Bald. per hoc decidens pulchrum casum in cap. dilecti. in princ. col. pen. extra de appell. & Pan. in cap. cum pro causa. ff. de procur. & Ias. qui hoc valde probat. in dicta l. si quis nec causam, colu. 3. ff. si cert. pet.

Cui confine est, quod voluit Bal. in l. si pro te. per illum text. C. de dot. promiss. quod stante statuto, quod instrumenta garentigiata habeant executionem paratam, debet intelligi ad instantiam principalis creditoris, non alterius, cuius in consequentiam solum interesset, refert simpliciter, & dicit notandum Ias. in l. 3. in fi. prin. ff. de transact. & in l. si vnus ex argentarijs. §. ante omnia. ff. de pact.

Postremò ex confessione incidenter, & per quādam consequentiam facta, & non principaliter, non est quis condemnandus, vt dicit Bar. in l. si confessus. ff. de cust. reo. ita intelligenda gloss. in l. si filium. C. de liber. cau. & idem voluit Angel. consi. 173. vtilis actis prædictis, & Angel. in disput. quæ incipit, Altenlis, miles. col. 2. & iterum in disput. incip. duo nobiles Gallici. car. 3. Salyc. in l. 2. in fi. C. de cust. reo. Imol. in c. vlt. col. pen. de confess. & in cap. examinata. in fi. de iu. Panorm. in c. at si clerici in princ. colu. 2. eo. tit. & in c. 1. in fi. extra de excep. & in c. 2. de ord. cog. & in c. vlt. in vlt. not. de resti. spol. & con. l. 2. canonicus. lib. 1. B. urb. dicto conti. 2. lib. 1. & dicto consi. 1. lib. 2. & Hippol. Marf. in l. 1. in princ. col. antepen. vers. & vltra prædicta. ff. de quæst. & in repet. rub. C. de prob. colu. 2. vers. limita tamen hæc. & iterum in repet. l. vlt. in 22. car. & rursum in 25. car. C. eod. titul.

Et de hoc est gloss. not. quam Barb. in dictis locis facit singul. in can. ex pœnitentibus. in fin. 50. dist. q. 12 dicit not. quod clerico promouendo nocet confessio ad hoc tantum, vt non promouetur, non etiam ad hoc vt puniatur, cum ad hoc principaliter non agatur: sic nec testis confessus crimen in sua depolitione ex ea confessione punitur, vt dicit probari, extrā de accusat. c. inquisitionis. de quo etiam est alia gloss. in ca. hæc quippe. 3. q. 6. quam ad hoc not. & sequitur Bald. in l. presbyteri. columna 2. versicul. tertio q. 2. C. de episc. & cler.

Et id quidem vsque aded verum, vt pulchrè dixerit Salic. in l. 1. colu. 8. C. de confess. quod si quis à me petit decem aureos mutuo, & ego vt me excusam dixerim, non habeo, imo quia egebam pecunijs, accepi decem à Titio: qui quidem Titius præfens est, non tamen poterit ex huiusmodi confessione agere contra me, cum eā non fecerim principaliter super ipso mutuo Titij, sed incidenter, ideo mihi non præiudicat: quod dictum reputat sing. Hyp. Marf. in d. rub. de prob. quo loco supra allegau. Hactenus satis hanc primam limitationem comprobauimus, videlicet eum solum esse citandum de cuius præiudicio principaliter agitur, nec necesse esse conuocari, quos in consequentiam & secundario solum actus tangit, id quod multi ita declarandum existimant, vt videlicet non sit necessarium eos citare ad hoc, vt actus valeat, non autem vt eis præiudicet, nisi saltem generaliter fuerint vocati, secundum not. per Bar. in l. si eo tempore. C. de remis. pig. & in extrauag. ad reprim. in verb. per edictū. cum conc. ita in nostro casu expressè

In absente diuersis de causis, quid actō datur.

Statutum quod instrumenta garentigiata habeant executionem paratam quomodo intelligatur.

Ex confessione facta non principaliter, non est quis condemnandus.

Confessio incidenter facta non præiudicat.

Superior limitatio quomodo intelligatur.

expressè declarat Bar. subdubius tamen in l. filiusfamil. §. diui. in 1. q. ff. de legat. 1. & asseuerantius Ioan. Fab. in §. licet autem Infi. de adopt. Rom. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acq. posses. & Alex. in d. l. de vno quoque in fi. & iterum in l. populi. col. 9. vers. nec huic conclusioni. ff. de re iudi. & conf. 86. vis dubitationibus. col. 1. vers. fortifico, quia dato. lib. 2. & conf. 84. in causa, quæ vertitur inter agentes. colu. 3. vers. per prædicta. lib. 3. & conf. 85. ponderatis his. col. 2. vers. nec ad substantiam. vers. 6. in quibus locis allegat not. per gl. in l. cum miles. §. 1. in verbo, faciēda. ff. de ex quib. caus. maio. & alia quædam, quæ videre licet in d. consilio. Et hoc quoque expressè voluit Felyn. in c. vlt. col. 2. de maior. & obed. qui & ad hoc allegat And. Iser. in c. si vasallum. tit. si de feud. sue. controu. inter dom. & agn. vbi respondet ad d. l. 1. §. denuntiari. ff. de vent. in spic. quod ibi non erat præiudicium irreparabile, cum esset saluum ius substituto probandi partum fuisse suppositum, per l. 1. §. vlt. ff. de Carb. edict. Quamquam Felyn. dicit, hoc quoque procedere, etiam si præiudicium esset irreparabile. & idem quoque voluit Ias. in l. rescriptum. in 2. notab. in fin. ff. de pact. Et Phil. Dec. conf. 367. viso puncto in fi. Quæ declaratio si vera est, certè hæc prima limitatio nō erit limitatio ad nostram regulam: vt cuncte tamen sit, contra istam declarationem facit gl. not. in l. in cognitione. ff. ad Silieianum. per quam dicit Angelus ibi in fine, quod sententia lata contra vnum, quem negotium principaliter tangit, præiudicat per quandam necessariam consequentiam, ei quem negotium accessorie tangit, etiam si non fuit citatus. Ex quo infert, quod lata contra principalem debitorem, nocet mandatori, & fideiussori non citato: non ita tamen quod contra eos procedatur via executionis, nisi esset fideiussor iudicatum solui, per no. in l. 1. ff. iud. solui. quod etiam idem tractat pluribus, idem Ang. & Imol. in d. l. de vnoquoque. & per Bald. in l. qui duobus. §. qui iurauit. ff. de iureiu. & in l. 3. co. 13. C. de conueni. fisci. deb. lib. 1. & per Alex. hanc partem multis rationibus sustententem d. conf. 156. lib. 2. vbi ad hoc dicit esse tex. optimum, non allegatum ab alijs, in l. auctore laudato. C. de eman. & inter cetera quoque, allegat id quod vult Imol. in l. filiusfamil. §. diui. in fin. per illum text. ff. de leg. 1. quod lata pro creditoribus contra hæredem, facit præiudicium legatarijs etiam non citatis, ni videlicet plenè excludatur à legato, & per consequens ab hypotheca bonorum propter ipsos creditores, quia æs alienum excludit legatum, in l. si vniuersa. C. de legat. 1. §. penult. in fine. ff. ad Trebel. & in §. hinc nobis. in auth. de hæred. & Falc. de quo late etiam per Alex. Ang. Raph. Iason. qui multas concord. adducunt, & cæteros recentiores in dicto. §. diui. quos vide, & cogita super hac prima declaratione. Illud autem inter cetera non omittendum, quod contra illud quod supra diximus ex auctoritate Angel. de fideiussore contractus, tenuit Bal. in l. 2. col. 7. C. de edend. ubi tenet expressè, quod lata sententia contra principalem, non nocet huiusmodi fideiussori non citato, quod est etiam de mente Bart. in l. decem. col. 1. & in l. cum filius. in prin. ibi, per eum formata. ff. de verb. oblig. vbi respondet ad not. in dicta l. in cognitione. quam partem ueriores existimat Alexand. sibi contrarij in dicta l. ultim. col. 6. ff. de re iud. ideo iterum moneo cogitandum. & vide Paul. Cast. in d. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc.

Secundò, declara hanc primam limitationem, vt licet isti, quorum secundario interest, non sint necessariò citandi poterunt tamè, si velint, comparere pro suo interesse ad impugnandum, vel defendendum ipsum actum, vt voluit Bald. in rubr. C. de succes. in fi. Rom. in d. l. peregrè. §. quibus. ff. de acq. poss. vbi ad hoc allegat Innoc. in c. humilis. extrā, de maior. & obed. & etiam

voluit Bald. consilio. 45. mandato & iussu domino. rum. col. 4. vers. & si opponatur. lib. 2. & Felin. in c. illa præpositorum. extrā, de accus.

Tertiò declara, vt etiam possint appellare, licet principalis non possit, ex sententia Bart. & recentiorum in l. à sententia. ff. de appel. Innoc. Panor. & aliorum in c. cum super. extrā, de re iud. Alex. in §. diui.

Limita secundò principaliter dictam regulam, qua diximus, vnumquemque esse ad eum actum conuocandum, in quo lædi potest, vt ei noccat: vt non procedat, quando ille si adesset, non posset contradicere, aut aliquid ad impediendum actum allegare, siue quoniam illo inuito & reluctante actus fieri potest l. qui potest. ff. de regul. iur. vbi est text. in hæc verba, Qui potest inuitis alienare, multò magis & ignorantibus & absentibus potest. & ibi gl. quæ adducit concord. quibus adde text. ff. ad Trebel. l. recusare. in princ. & ff. de fideicom. l. 4. §. illud videamus. & l. si eum seruum. §. 1. & §. vlt. extrā, de re iudica. c. cum olim. secundum vnam lectionem, & ita voluit gl. in l. 1. in verbo, ratam. C. qui admit. ad bon. Oldr. conf. 95. ex forma istius statuti. in fin. Ioan. And. in c. 2. extrā, de nou. oper. nunt. & in addit. Specu. tit. de sent. §. species. vers. habeo de præcepto, circa medium. Archid. in c. Roma. super verbo, reuocent. de appel. lib. 6. Ioan. Fab. in l. 2. in fin. C. si per vim, vel alio modo. Imol. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hæred. vbi & hoc dicit procedere in materia correctoria. Ioan. Calder. consil. 8. quod statutum. Panor. in c. causam quæ, col. 1. extrā, de rescript. & in c. bonæ. col. 4. vers. item not. de elect. & in c. auditis. col. 3. de procur. & in c. accepta. in fi. de appel. Rom. consil. 2. 1. 2. quod ad primum in prin. vers. 1. & 2. & iterum. col. 7. Paul. Cast. conf. 196. super 1. dub. col. vlt. Rapha. Cum. conf. 98. supposito tenore. in fin. Alex. in l. si pacto quo penam. col. 1. vers. limita tamen. C. de pactis. & in d. l. 1. C. qui admit. vbi & hoc dicit procedere in materia correctoria. & cōf. 130. difficultas huius negotij. post prin. lib. 1. & conf. 6. circa processum causæ. colu. vlt. lib. 3. Lud. Bolo. consil. 59. Cor mundum, & c. viso iugur puncto, col. 4. ver. vlt. & 2. & Hippol. Marf. sing. 30. tu scis regulam. Et propterea not. dicit Anton. in c. veniens. 1. col. 2. extrā, de testib. cui Bart. ad stipulatur, in l. Theopompus. circa medium. vers. quod quando aliquis. ff. de dote præleg. quod licet testis debeat iurare præsentem parte, si tamen talis est, cui necessariò standum est, non est necessaria partis præsentia aut citatio: & sequitur Alex. d. conf. 130. lib. 1.

Hinc quoque fit, vt secundum communem opin. ad legitimationem naturalium, veniente patre non sint necessariò citandi agnati, vt qui vocati non potuissent contradicere: ita voluit Cyn. & Bal. qui hoc limitat, in l. nam ita diuus. ff. de adopt. Io. Andr. & Ant. in repet. Cald. Card. Pan. & alij in c. per venerabilem. extrā, qui fil. sint legi. & in addi. Spe. tit. de succes. ab intesta. §. 1. col. vlt. ver. item scias. Fed. Senen. conf. 57. videtur mihi quod in priuilegio legitimationis. Bart. in l. Gallus. §. quid si tantum. in fine. & ibi latè recentiores. ff. de liber. & posthu. Gasp. Cal. conf. 30. tit. qui fil. sint legit. Bal. conf. 56. an pater. qui fecit. lib. 1. & in l. 1. col. penul. C. de inoffic. dona. & in procem. C. col. 4. & in l. vlt. C. quib. res iud. non noc. & in rubr. extrā, de rescrip. col. 1. & in c. Albericus. de test. & in l. 2. col. 8. C. de serui. & aqua. & idem Bal. conf. 204. super primo articulo. lib. 2. & conf. 306. casus quæstionis talis est. col. vlt. lib. 2. & conf. 105. primò est videndum, lib. 5. & conf. 361. verba Bart. in prin. eod. lib. 5. & conf. 363. quæritur vtrum filius. eod. lib. 5. Ioan. Lig. & Franc. Ramph. inter consil. Bald. consil. 18. in quæstione proposita. colu. 3. lib. 4. Angel. conf. 84. Petr. Anch. in c. 1. de succes. ab intesta. & consil. 406. circa primum quæsitum. Imol. in c. nisi cum

Et etiam appellare, licet principalis non possit. Actus, absenti, & ignorantibus quando nocet.

Agnati necessariò non sunt citandi, uenientem patre ad legitimationem naturalium.

Index de legatus quanto fines mandati excedere possit

Procuratoris mandatum sume exten datur ad non commissa ratione incidentis. De eadem re.

Trinum Papa possit tollere ius alteri quæ situm ex iure naturali, & quando.

Inducta ad vnum finem, quando possint operari contrarij effectum.

Minor quando immobilis alienare possit sine decreto.

Statutum loquens de pacto offensi, quomodo intelligatur.

cum pridem. §. personę, de renun. Cum dicto conf. 98. in fi. vbi dicit hanc esse communem opi. & item consil. 168. Reuerendus pater dominus Episcopus Vincę. Panorm. in dicto c. cum olim, colum. 5. de re iudic. vbi refert se ita consuluisset, sicuti & verę consuluit consil. 85. videtur primo dictam donationem, colum. 3. libro 3. Ioan. Ana. consil. 98. visa imperiali, in quinto dubio Raph. Cuman. consil. 98. supposito tenore, colum. pe. ubi dicit hanc esse communem sententiam Doct. Alex. conf. 187. perspectis verbis, colum. 3. lib. 5. & consil. pen. eodem lib. 5. et latę Barb. d. consil. 49. scribitur sapientię, per totum, lib. 2. vbi dicit se ita vidisse consulti per pręstantissimos Doctores, Socin. qui hanc dicit esse communem consil. 47. in pręsenti consultatione, colum. 10. versic. ad secundam rationem, lib. 4. Philip. Dec. consil. 3; 8. in casu proposito, post prin. & consil. 365. pro declaratione, colum. 2. in fi. & consil. 367. vi so puncto, colum. 6. Quid autem in legitimatione quę fit post mortem patris, videbis latę per recentiores in d. §. & quid si tantum.

Hinc item est, quod multum pręceden. cap. congruit, quod princeps in concedendo gratiam vel priuilegium, non tenetur citare vel vocare reos, quibus pręiudicium irrogari potest, nempe quibus inuitis huiusmodi gratiam vel priuilegium potest concedere, ita voluit gloss. & Doctor. in cap. licet, de re iudic. Imol. in dicto ca. nisi cum pridem in fi. extra de renun. sequitur Bald. in dicta l. vlt. C. quibus res iudic. non no. & idem Bald. in cap. vltim. colum. 2. versic. quęro quid de istis executoribus. & Inn. ibi. extra de pręsumpt. & voluit idem Bal. in dicta l. nam ita diuus, colum. 1. ff. de adopt. Panorm. in d. capi. cum olim, colum. 6. versic. secunda causa, ext. de re iud. addens & hanc rationem, quia qui iure suo vtitur, nemini facit iniuriam, & Barb. dicto conf. 49. colum. 2. versic. pręterea facit. Philip. Deci. consil. 390. quoniam ex facto, colum. vlt. quod tamen limitat Panorm. vbi suprà nisi de iure aliud in certo casu caueretur. Sed & tu pręterea potes limitare duobus modis ex his quę dicit Bart. in l. 2. in 2. not. C. de temp. appel. quod quando princeps concedit priuilegium in his quę respiciunt causę cognitionem, vel partem multum lædunt, debet pars citari, vide ibi omnino Alexan. in addit. & consil. 11. aliàs consului, colum. 2. versic. & quod requiretur, lib. 7. & Bald. in rubr. extra de rescript. col. 1. & Iaf. in l. Gallus. §. & quid si tantum, col. pe. ff. de liber. & posthum.

Hinc est pręterea, quod declaratio animi potest fieri parte absente l. Pomponius. ff. de neg. gest. & ff. de acquir. hæred. l. 1. & l. pro hærede, in prin. & l. si quis mihi bona. §. iussum. & C. de iure delibe. l. si auia tua. & ff. si mentor fal. mod. dixer. l. 1. in fi. cum l. seq. & ff. de fideicom. liber. l. si Stich. & ita per nonnullos, vbi voluit Card. in c. exposita, de arbit. & Alex. d. conf. 130. difficultas, col. 1. versic. 2. hoc confirmatur. & iterum paulo ante fi. lib. 1.

Hinc etiam est, quod actus potest fieri absente parte, quando pender ex voluntate eius qui facit, vt not. in l. qui in aliena. §. vltimo. ff. de acquir. hæred. Sicut dicimus de bon. possess. quę potest peti parte non citata, vt voluit gloss. notab. ff. de bon. possess. lib. 3. §. si eam, quam sequitur Bartol. ibi. & Bal. illam singul. vbi que faciens, videlicet in dicta l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. 1. & iterum in l. vlt. C. qui admit. & in cap. vltim. colum. 2. extra de translat. episc. & in c. cum in iure, in fi. extra de offic. deleg. & in ca. 1. colum. pen. de iudi. & in c. pręterea, colum. 3. de fer. & dilat. & in c. si quis testium, in fi. de testib. & in c. vlt. col. vlt. de fid. instrum. & in c. tenor, colum. 1. de re iud. & Ro. conf. 61. licet mihi magna, post prin. & Barb. dicto conf. 49. lib. 2. & Hip. Marf. in l. si vnus. §. custodiz, col. 2. ff. de quest.

& in auth. sacramenta puberum, colum. 2. C. si aduer. vend. & Alex. conf. 126. lib. 5. quibus probatur etiam ratificationem fieri posse parte absente, vt not. Bartol. in l. qui enim, in fi. ff. rem. ratam hab. & in l. Pomponius, col. 2. versic. item ex eo, de neg. gest.

Hinc quoque est, quod delatio iuramenti, de quo in l. si quando. C. vnde vi. & in capit. vltim. extra quod met. caus. potest fieri absente parte & non citata, quia non potest facere, quin illi iuramentum deferatur, ita voluerunt Domini de Rot. dec. 269. licet quod ad taxationem, in nouis. Refert & sequitur Imo. in c. vlt. col. 10. extra quod metus cau. Alex. d. conf. 130. versic. 3. prędicta confirmantur, lib. 1. Iaf. in repet. l. admonendi, colum. vlt. ff. de iureiur. vbi hoc dicit not. & latę in d. l. si quando, in 9. not.

A quo non longę abest, quod not. consuluit Alex. d. conf. 130. difficultas huius negotij, li. 1. quod si ego promisi stare tuo iuramento de damno, & interesse, poteris iurare me absente & non aliter citato, licet agatur de meo pręiudicio, cum etiam si essem citatus & adesse, non possem tamen facere quin iurares & tibi crederetur, quod pro singulari refert Catel. Cotta in memor. citat. part.

Postremò hinc est, quod in his quę sunt ad eò notoria, quod certum est, nullam defensionem absenti competere, non requiritur citatio, per textum in cap. bonaz. 1. in versic. porro, extra de elect. & in cap. venerabilem, vbi etiam Panorm. hoc modo intelligit, columna 6. versic. item not. ibi, sunt enim, extra eo. & in ca. ad nostram. 3. col. 2. versic. opponitur. 2. extra de iureiur. et in c. accepta, colum. pen. extra de restit. spolia. et in c. cum sit Romana, extra de appel. et in ca. 1. colum. 2. de caus. posses. et propriet. et in cap. cum olim. vbi idem Panorm. qui hoc dicit singulariter notandum, colum. 7. versic. no. sing. extra de re iudic. et ita quoque voluit Panorm. in c. ueltra, colum. ult. versic. circa quartum, extra de cohab. cler. et mulier. et consil. 63. in fi. lib. 2. in quibus locis dicit ita debere intelligi gloss. et Doctor. qui dicunt in notarijs non requiri citationem, quos ibi per eum videre poteris: et hoc quoque sequitur Barb. nulla Panorm. facta mentione in l. is cui bonis, colum. 19. versic. mihi tamen uidetur. ff. de uerborum oblig. ubi et illud pręterea dicit, quod in notorio resultante ex facto iuris non requiritur citatio, arg. xo. in ca. adserte, de pręsumpt. et in ca. Raynutius, de testa per Bald. in l. 1. C. ut quę defunt aduoc. part. ubi traditur, quod non est necessarium huiusmodi notorium resultans ex facto iuris. verum quod ad primum caput pertinet, uide quę dicam infra in 32. limit. in vlt. declarat.

Aduerte tamen quod contra huiusmodi limitationem possent multa adduci: nam sententia et iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verborum obligat. et tamen requiritur citatio partis. l. ad peremptorium. et l. seq. ff. de iudic. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. proconf. Item testes deponunt, uelint nolint, et pars aduersa citanda est, l. pen. versic. sed cum oportet. C. de testib. et sexcenta huiusmodi exempla in eam rem adduci possent, ut etiam admonet Catel. Cot. d. memor. citatio partis. Ideo cogita quid dicendum, et uide Bar. et Phil. Dec. in l. qui potest. ff. de regul. iur.

Limita tertio principaliter nostram regulam, ut uidelicet debeat citari is, de cuius pręiudicio agitur, ut non procedat quando esset in futurum periculum ex citatione, vel propter moram, vel propter citandi fugam suspectam, ut de primo voluit Inno. in ca. significauit, in fi. extra de testib. argu. extra de confirm. util. cap. cum dilecta. et sequitur Alexan. in dicta l. de unoquoque, col. 2. in uersic. item limita regulam. ff. de re iudic. Ex quo et illud manare potest, quamuis et alia ratio

Delatio in ramis pot fieri parte non citata.

Iuramento si re promissis, parte non citata, iuramentum non ualeat.

In ad eò notarijs non requiritur absentis citatio.

Notorium resultans ex facto iuris

Cotta pręcedente limitatione.

Non citatur, cui sit pręiudicium quando futurum esse periculum ex citatione.

ratio reddatur, quod à Baldo pulchre traditum est in authen. eum qui appellat. C. de tem. appel. & in c. 6. tit. quo temp. mil. quod vltima die compromissi vel instantię potest ferri sententia, quod sing. reputat Alex. vbi supra, col. vlt. versic. item fallit quando vlti. & Iason in l. nec quicquam. §. vbi decretum, col. 5. versic. 3. principi. ff. de offic. proconf. de quo etiam per eundem Bald. Paul. Castr. in l. admonendi. de iureiur. & in l. si quis arbitrato. & ibi latę Aret. colum. 5. ff. de verb. oblig. & in rubr. de arbitr. 10. q. Et aliàs, vbi est periculum in mora, recedimus à regulis iuris communis, vt latę per Iasonem in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. noui nunc. Petrus Anchar. conf. 277. ea prędicta facti narratione. colum. 1. De secundo autem latius diximus suprà.

Limita quartò, non procedere, vbi alteri committitur examinatio, an quis sit idoneus, siue dignus, an non, vt voluit gloss. notab. in Clem. 1. de offic. deleg. & Innoc. in c. vltim. in fin. extra, de translat. pręlat. & in c. vltim. colum. 1. in fin. versic. item licet more. & ibi Ioan. Andr. colum. 2. in princ. & Bald. col. penult. versic. quartò quæro, extra, de pręsumpt. Laud. in Clem. vlti. & ibi etiam Card. in 5. q. de rescript. & iterum in Clem. 1. & ibi quoque Card. in 1. q. de concess. pręben. & Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episcop. & cler. & in l. non dubium. colum. 8. C. de legibus. & in l. neque natales. colum. vltim. uersic. sed nunquid in ista examinat. C. de probat. & in l. certum. col. 3. & ibi Iason colum. antepen. C. unde legit. Roma. singul. 366. fuit unus. uersic. quartò fallit. & Alexand. in dicta l. de uno quoque colum. vlti. uersic. item fallit. ubi.

Limita quintò, non procedere, quando aliquid committitur conscientię alicuius, quia ille poterit procedere sine citatione, ut voluit Bal. in dicta l. certum. col. 2. in fin. C. unde legit. & in l. vlti. C. de legit. hæred. & in l. qui se pijs. C. unde liberi. Rom. in repet. rubr. ff. de arbitris. colum. 2. in fi. Alex. ubi suprà, & Lanfr. in tract. de arbitr. parte 7. colum. 3. pro quo bene facit gl. not. in c. statutum. §. affessorum. in uerbo, relinquatur. de rescriptis. quam faciunt singul. Paul. Castr. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui nunc. & Angel. Aret. in §. sed ista. Instit. de actio. ibi, vide Iason. Bald. quoque in c. si sacerdotes, extra, de offic. ordin. Verum Romanus in dicta l. certum. in fin. vult. illud dictum Bald. non procedere, quando extaret persona, de cuius pręiudicio ageretur, per id quod not. glo. in l. vltim. C. de bonorum posses. secundum tabul. ubi ad hoc, ut recte determinet, necesse habet recte informari conscientiam suam, ergo causę cognitio requiritur, & sic citatio, in l. causę. §. causę cognita. ff. de minorib. & hanc postremam sententiam sequitur Iason in dicta leg. certum. colum. antepenult. & in dicto §. ubi decretum. in 14. fallen. ibi postquam recensuit illud dictum Baldi, quod singul. dicit, tandem adijcit, non esse simpliciter uerum, adducitque pręterea quod egregie dicit Bald. in sua disput. statuto cauetur, quod scenerator, colum. vltima. quod ille cuius conscientię aliquid committitur, non potest lege transgredi, quia intelligitur de conscientia legibus munita, & secundum leges (ut ita dicam) regulata, non de ea quam sibi quisque fabricat. argum. l. codicillis. §. vltim. ff. de leg. 2. Item istud uerbum conscientia. importat arbitrium boni uiri, non meram & liberam uoluntatē, ut uoluit ipse Baldus, in l. nulli. colum. 3. C. de episcop. & cler. & in lult. in fin. C. de iure dom. imp. quod & patet ex not. in Clem. 1. in uerbo, oneramus. de iure patr. Sed cum aliquid committitur per uerba importantia arbitrium boni uiri, debet talis commissarius partes citare, ut uoluit Bartol. in Extrauag. ad reprim. in uerbo, sine figura. & in uerbo, uidebitur. & Bald. in l. captatorias. in 3. quæst. C. de

Examinatio alteri commissa, quę sit idoneus, vel dignus.

Conscientia alicuius commissa.

Causę cognitio requiritur, ut quis recte informetur.

Conscientia legibus munita. Et quam quisque sibi fabricat. Verbum conscientia, quid importet.

testamen. milit. & ita quoque iisdem rationibus tenuit Alex. sibi contrarius, conf. 219. uerbis domini Grimaldi, lib. 2.

Limita sextò, ut non procedat in Papa, qui potest ferre sententiam definitiuam contra tenentes iniuste res ecclesię, nulla pręcedente citatione, ut uoluit not. Ioan. Andr. in dicto c. cum olim. de re iudic. in Nouel. & refert & sequitur Bald. in l. 2. quomodo & quando iud. et in prælud. feud. colum. 9. uersic. aliqua sed pauca de principe paulo inferius. et Iason qui hoc reputat singulare in dicto §. ubi decretum. colum. 5. uersic. quarto limita.

Sed aduerte quod Panorm. in dicto cap. cum olim. colum. 7. hoc intelligit secundum quę diximus suprà in 2. limit. uersic. postremò hinc est, uidelicet quando ad eò notoriū est res ecclesię ab ijs iniuste teneri, quod nulla defensio potest eis competere. Aliàs enim nec hoc casu, nec alio Papa posset procedere sine citatione, per ea quę dicimus statim in seq. limit. sicut etiam expressę uoluit Ioan. Monach. in extrauag. rem non nouam. & Roman. conf. 369. circa primum. col. 1. et 2. vbi declarat qualiter hoc intelligatur.

Limita septimò, ut aliàs etiam semper non procedat in principe, qui potest et cognoscere et iudicare, non citata parte, ut uoluit Bald. in dicta l. 1. in princ. C. quomodo et quando iudex. per gloss. notab. in l. antepenult. in fin. ff. ex quibus causis maior. et idem Bald. in l. nec causas. C. de appel. ubi mature respondet ad Clem. pastoralis. de re iudic. et facit textum in c. sicut in iure, in fin. de excess. pręlat. quem ad hoc not. Hosti. et Anton. Sed hoc plenē falsum est, et contrarium etiam uoluit glo. notab. quam et ipse Bald. sibi contrarius sequitur in l. vltim. C. de legib. et Rom. in l. 1. col. 6. ff. de rescriptis. et idem uoluit glo. Ioan. monach. in Extrauag. Bonifacij 8. rem non nouam. in gl. vltim. sub tit. de dolo et contum. Bart. in dicta l. nam ita diuus. quam legit cum l. adoptio. ff. de adopt. et in dicta l. Gallus. §. et quid si tantum. et ibi recentiores, maxime Iason in utraque lect. colum. ult. ff. de liber. et posthu. et Bald. in l. 2. C. de temp. appel. et in l. ult. C. de fruct. et lit. expen. et conf. 58. factum super quo. lib. 3. et Angel. in l. princeps. ff. de legib. Salic. in l. nec causam. C. de appel. Ro. in l. si quis arbitrato. colum. 3. ff. de uerbor. oblig. et in repet. l. 1. colum. 5. uersic. item similis quæstio. ff. de arbit. Anto. et Panorm. in c. cum olim. extra de re iudicata. Card. et Panorm. in c. 1. de causa posses. et propriet. Alex. in dicta l. de unoquoque. colum. vlti. uersic. item fallit in celsis principis. et Iason in dicto §. ubi decretum. col. 6. uersic. septimò fallit. et faciunt not. per Canonistas, in c. in nostra. de proc. et in c. inter quatuor. de maior. et obed. et est singul. text. in c. 1. de caus. posses. et propriet. ibi, nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire. et in l. 1. col. 3. de constit. princip. Socin. conf. 59. in causa nobilium. colum. 6. uersic. sextò & vltimò. lib. 3. & consil. 120. memini me aliàs. colum. 3. versic. sed ad abundantio rem. eodem lib. 3. Et hoc quoque probatur duabus potissimum rationibus. Primum enim citatio est iuris diuini, vt uoluit Bart. in Extrauag. ad reprimendum. in uerbo, sine figura. col. 2. & Imol. in Clem. sape. colum. 4. 2. uersic. habetur expedita. & hoc colligitur ex c. Deus omnipotens. 2. quæstio 1. ubi dicitur, quod Deus noluit punire peccata Sodomorum, nisi descenderet & ueniret, & c. et idem scribitur Genesis 3. ubi Deus antequam puniret Adam de peccato inobedientię illum uocauit, et ipsius defensionem audiuit. Quibus motus Panorm. in dicto c. 1. de causa posses. et propriet. et in dicto c. cum olim. col. 9. dicit, Deum citationem instituisse: deinde citationem committere, nihil esse aliud, quàm defensionem tollere, ut est text. in c. pastoralis. uersic. dici ne ergo sententia. de re iudic. Defensio

Papa potest ferre sententiam sine citatione.

Superior limitatio quomodo intelligenda.

An princeps possit cognoscere & iudicare re parte non citata.

Citatio in re est diuina.

Adam uocatus antequam puniretur.

Princeps concedendo priuilegium, non tenetur citare quibus pręiudicat.

Declaratio animi potest fieri parte absente.

Actus quod pendet ex uoluntate eius qui facit, fieri potest absente parte.

Defensio est iuris naturalis

Princeps ferens sententiam ex plenitudine potestatis

Qui tenent contra rimum

Interpretatio ubi ambiguitur facienda per principem

An requiratur citatio, si processus promittatur esse iudicialis

Utrum est ulterius citandus ad sententiam, qui in prima citatione dixit se nolle venire

Qui post primam citationem

Defensio autem iuris naturalis est, ut etiam ibi est textus in versic. nec prædicta suppletur, igitur non potest tolli per principem iuribus alleg. quod & sensit Bald. consil. 186. ad euidentiā. colum. vlti. lib. 5. & in repet. rubr. ff. de arbitr. colum. 6. versic. 17. hæc tamen limitatio posset procedere, si princeps ex plenitudine potestatis, & ex certa scientia ferret sententiam, per l. 2. in fin. de in integr. restitut. & ita voluerunt Hostien. & Ioan. And. in dicto c. in præsentia. de procur. idem Ioan. And. in dicto c. 1. de caus. posses. & propriet. Bart. & alij in l. Gallus. §. & quod si tantum. ff. de liber. & posthum. & idem Bart. in l. nam ita diuis. ff. de adopt. & in l. 2. colū. 6. C. de feruit. & aqua. & Bald. in l. nec causas. C. de appel. & in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur. & in l. 2. quomodo & quando iud. Salicet. in dicta l. nec causas. C. de appel. Anton. & Panor. in dicto ca. cum olim. de re iudicata. Quamquam etiam in hoc contrarium expressè voluerunt Cardinal. & Panorm. in c. 1. de causa posses. & propriet. & latè Franc. Aret. consil. 165. sicut Iacob. dicit. colum. 9. versic. circa secundum. sed super hoc vide latè Felin. in c. quæ in ecclesiarum. colum. 25. in 6. limitat. per totum. de constit. Verùm hæc septima principalis limitatio posset obtinere in interpretatione declaratiua, verbi ambigui facienda per principem; tunc enim non requiritur partis citatio, ut voluit Innocentius in ca. olim. & ibi quoque Hostien. & Panorm. de verborum signific. & Paul. Castrensis cōsi. 338. quia exceptiones. colum. 1. & 2. lib. 1. tamen sunt, qui & in sententia declaratoria principis requirunt citationem partis, ut glo. in Clem. vltim. de censibus. & in Clem. 1. & 2. de pæn. & Socin. dicto consil. 120. libro 3. & Alexander consil. 1. aliàs consului. colum. 4. versic. nec obstat etiam prædictis. lib. 7. & Socin. consil. 63. uiso testamento nobilis. colum. 6. versic. sed hoc non obstant. libro 3.

Limita octauò, ut non procedat, quando pronuncietur processum esse nullum, qui verè nullus est, quia tunc non requiritur citatio secundum Abba. antiquum, qui hoc dicit valde not. in cap. causam quæ. per illum textum, extrà de præscriptionib. quod dictū provalde singul. refert Anton. ibi in notab. qui & allegat text. in c. prolatam. 2. q. 6. subiungit tamen quòd non est generaliter verum: & tu de eius veritate vide ibi Innoc. & Panor.

Limita nonò, ut non procedat, quando citatus in prima citatione dicit se nolle venire, quia ulterius non est citandus ad sententiam, ut not. gl. in leg. tres denunciations. & ibi Bald. Angel. & Salic. C. quomodo & quando iud. & in l. vltima. in fine. & ibi Bartol. & omnes. ff. de in integrum restit. & in l. consentaneum. in verbo, contumacia. & ibi quoque Bar. & Bald. C. quomodo & quando iud. & in l. ex consensu. §. vltim. & ibi Imol. ff. de appellat. & Hostien. in Summa. de contumacia. Specul. in tit. de contum. §. 1. versic. & inquirendum quoque & in tit. de citat. §. viso. versic. item potest constare. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. de cuius tamen veritate vide latè per Alex. in l. contumacia. col. 2. versic. quartò fallit. ff. de re iudicata. ubi comperies alios tenuisse simpliciter contrarium, alios distinxisse, an hoc dixerit in iudicio, an extra iudicium. Hoc autem nemine reclamante, haud dubiè procederet, si citatus expressè diceret sine causa, se nolle amplius comparere coram iudice, ut voluit Angelus in l. ad peremptorium. ff. de iudic. & Anton. in capitulo consuluit. de officio de legati. & Imol. in dicta l. si finita. §. Iulianus. & Alex. in d. l. contumacia.

Limita decimò, ut etiam non procedat quando citatus ipse post citationem primam, equum ascendit & ultra mare abiit, quia etiam tunc non est ulterius citandus ad sententiam, quia declarat (hoc faciens) quòd

amplius non vult citari. ita voluit Bald. in dicta l. consentaneum. in fine. C. quomodo & quando iudex. dicens esse dictum ualde singul. Innocen. in ca. auditis. de procur. vbi tamen de hoc nihil dicit, & credo quòd illum voluit allegare in dicto c. ad petitionem. in glo. magna de accus. & hanc limitationem sequitur Roma. in dicta l. Iulianus. §. si finita. ff. de damno infecto. Alexan. in dicta leg. de vnoquoque. colum. ultima. & in dicta l. contumacia. colum. 2. versic. quintò fallit. ff. de iudic. Sed hac in re notandum est, præterea quod subdit Baldus in dicta l. 2. quòd de hoc constare debet iudici, ante quam pronunciet. hæc autem. §. 1. ff. quibus ex causis in possessionem eatur.

Limita vndecimò, ut etiam non procedat, quando quis fuit primùm citatus personaliter, & non venit, quia tunc non debet ulterius citari, vbi etiam opus est alijs citationibus secundum Innoc. in dicto ca. ad petitionem. de accusat. quem sequuntur domini de Rota, decis. 3. licet in causis prophanis. & Iacob. But. in cap. tres denunciations. C. quomodo & quando iudex. ea moti ratione, quia in incertis non certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbor. obliga. Sed communiter tenetur contrarium, ut per glo. Bartol. & omnes in dicta l. vltim. ff. de in integrum restitut. Bald. in dicta leg. tres denunciations. allegans ad hoc text. in l. præsentia. C. de his qui ad eccle. confug. & idem Bald. in c. 1. colum. 1. tit. de milit. vafal. qui cont. est. Ioan. And. in addit. Specul. tit. de contum. §. 1. Anto. in d. c. consuluit. de offic. deleg. & in cap. ult. de eo qui mitt. in posses. Dd. in d. c. ad petitionem. Imol. in d. l. ex consensu. §. ul. ff. de appel. & in d. §. si finita. & Alex. in d. l. contumacia. col. 1.

Limita duodecimò, non procedere, quando pars se occultat, nec patitur citationem ad se peruenire, secundum Innoc. & Hosti. in d. c. ad petitionem. per tex. in c. quoniam. §. potest. extrà, ut lit. non contesta. & Ioan. Monach. in c. Romana. §. contrahentes. de foro comp. lib. 6. & domini de Rot. in decis. supra allegata. & Ant. in d. cap. vlt. col. vlt. de eo qui mitt. in posses. & Alex. in d. l. contumacia. in 9. fallen.

Limita decimotertiò, in interlocutorijs, quæ sunt modici præiudicij, quæ possunt referri absente & non citata parte, ut voluerunt Bald. & Iason, col. 5. in dicto §. vbi decretum. Imol. in l. quod iussit. ff. de re iudic. cum concord. quas uidere poteris supra, tit. 6. §. 5. in tractatu modicorum.

Limita decimoquartò, ut non procedat in inhibitorijs, quas faciunt iudices ecclesiastici secularibus, ne cognoscant de aliqua causa, quod possunt facere sine citatione, secundum Archid. in ca. Lotharius. 2. quæst. 1. & Baldus in l. presbyteri. colū. 2. in 2. quæst. C. de episcopis & clericis. Sed de huius rei veritate, uide quæ diximus supra.

Limita decimoquintò, ut non procedat in eo qui fuit contumax in respondendo positionibus, quia ad audiendam sententiam amplius citari non debet, ut voluit Specul. tit. de pos. §. 8. in fin. quem sequitur Rom. singul. 25. an contra contumacem. Tamen contrarium tenet Ioan. And. in addit. ipsius Spec. vbi supra, & etiam in tit. de citatione. §. uiso. versic. item licet. in fi. & iterum in c. 2. in fi. de confes. lib. 6. & Iason in dicto §. ubi decretum. in 1. 2. fallen. ubi tamen dicit sing. illud dictum Specul.

Limita decimosextò, in reuisione rationum, siue (ut vulgò loquimur) computorum, Nam si qui rationes debet reddere, librum rationum restituit, ex quibus appareat eum esse debitorem, potest non aliter citatus condemnari, ut est text. quem ita intelligit Bart. in leg. 2. §. quod de frumentaria. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. & Bart. sequitur Paul. Castren. in l. 2. C. ubi decur. uel clarif.

ultra mare abiit, ut perius non est citandus.

Citatus personaliter, non est ulterius citandus.

Qui non patitur citationem ad se peruenire, non est citandus.

Interlocutoria modici præiudicij.

Inhibitoria iudicis ecclesiastici.

Reuisione rationum, siue computorum.

clarif. l. 2. in fine vbi dicit hoc esse perpetuò menti tenendum. & Panorm. in c. bonæ. 1. colum. 4. de elect. & in c. 1. col. 2. de causa posses. & propriet. & in cap. cum olim. colum. 6. & ibi etiam Card. Flor. de re iudic. & in c. ex insinuatione. in fin. & in c. cum sit Romana. in fin. de appel. & in c. vestra. de appel. colū. vlt. extrà, de cohabit. cleric. & mulier. & consil. 68. quanquam super uacatione. in fi. lib. 2.

Limita decimoseptimò, ut non procedat in sententia taxationis expensarum, in qua non requiritur alterius partis citatio, secundum Innoc. in c. vltimo. extrà, quod metus causa. Bal. in dicta l. 2. quomodo & quando iudex. & in l. terminato. colum. 2. C. de fruct. & lit. expens. Iason id dicto c. vbi decretum. in 17. falent. & facit quod voluit Innoc. in c. 2. in fin. ibi, vel dic, quod interlocutoria. extrà, de procur. & Bald. in l. fancimus. in 10. quæst. C. de iud. Sed tamen in practica aliter obseruamus.

Limita decimoctauò, non procedere in causa status, in qua sententia inter aliquos lata nocet omnibus etiam non uocatis, per textum in l. ingenium. ff. de statu hom. quem sic intelligunt Dd. ibi, & in l. 2. C. quibus res iudic. non noc. Vnde Ioan. Fab. dicit in §. præiudiciales. colum. penult. versic. sed quid in causa nobilitatis. Infit. de actio. q. sententia qua quis declaratus est nobilis. vel ignobilis, facit ius inter omnes etiam non uocatos, de intellectu tamen d. l. ingenium. & qualiter & quomodo procedat, vide præter Dd. ibi Panorm. in capitulo penult. colum. 8. versic. sextus casus. extrà, de re iudic. & omnino Alexan. post Imol. in d. l. vlt. columna 15. versic. addit etiam glo. ff. eod. vbi etiam ponit multas limitationes ad d. l. ingenium. Sed & eum quoque colū. 19. versic. iuxta hoc quæro. vbi latè differit, quid si quis fuerit pronunciat clericus, ciuis, monachus, bannitus, infamis, vafallus ascriptus, hermaphroditus, excommunicatus.

Limita decimononò, ut videlicet non noceat alijs non uocatis, quod inter alios actum est, quoad plenum præiudicium. Nocet enim quoad aliqualem præsumptionem, siue facit quæquale præiudicium, unde ius illorum vacillat, ut not. gloss. Guiliel. Cun. Fulgos. & alij in l. si duo patroni. ff. de iureiurand. vide ibi Iason. & glo. in l. 2. C. quibus res iudic. non noc. & gl. in l. 1. in verbo, præiudicium. ff. de except. rei iudic. & gl. in l. à sententia. in princip. ff. de appel. vbi est & de hoc bonus textus, quod ratione huiusmodi præiudicij potest appellari, & gl. in c. cum super in verbo, interpositam extrà, de re iudic. & gl. in l. 1. C. de fals. gl. in c. dilectus. 2. in verbo, dantes. in fin. extrà, de simon. & in ca. ordinata 59. distin. & in c. interrogatum. 2. quæst. 5. Ancon. & Panor. hæc relinquentes arbitrio iudicis, in ca. pen. col. 6. post princ. extrà, de re iudic. & Bart. in l. ad monendi. colum. 3. versic. quæro quid si dicta testium. ff. de iureiur. vbi dicit, quòd facit semiplenam probationem. & in l. Lucius. ff. de his qui not. infra. Alex. optimè declarans quale sit huiusmodi quæquale præiudicium, et quid et in quibus operetur in dicta l. vlt. col. 2. 1. versic. item procedit hæc regula.

Limita vigesimò, non procedere, cum is cui primùm de aliqua re actio vel defensio competeat, passus est sequentem agere, et si uocatus non fuerit, illi æquè præiudicat, ac si ipse egisset, vel defendisset, veluti si debitor passus sit creditorem experiri de proprietate pignoris aut maritus focerum vel uxorem de proprietate rei dotalis, aut emptor venditorem de proprietate rei emptæ, textus est in l. vlt. ff. de re iudic. vbi et hæc exempla adscribuntur, et in c. penult. extrà, eod. tit. in quibus locis hanc materiam abundè à Dd. tractatam reperies, et maximè per Alexand. qui copiosissimè omnium eam rem executus est.

Non uocato præiudicium est, si passus est, cui primùm actio competeat, sequentem agere.

Limita vigesimo primò, non procedere in casu l. 2. C. de commu. rerum alien. & in l. 1. C. de vend. rerum fiscalium, lib. 12. vbi fiscus potest vendere totam rem quam habet communem cum alio etiam non uocato, ita quòd ille huiusmodi venditionem infringere non potest. Et hoc quidem procedit ex priuilegio speciali concessio fisco, ut est textus formalis in l. 2. vbi dicit gl. quod hoc procedit, si fiscus habet aliquam partem: nã si nullam haberet, & nihilo minus sciens venderet, nihil obesset domino: at si imprudens, quia putat se dominum, venderet, habet locum l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. quæ vult tenere venditionem, sed restituendum à fisco pretium domino. Id quod singulariter dicit notandum Panorm. in dicto c. penul. col. 8. versic. primus igitur casus. extrà, de re iudic. quia multi (ut dicit) errant in intellectu huius l. bene à Zenone. Et ita sub hac limitatione duæ comprehenduntur, vna per dictam l. 2. de commu. rer. alien. altera per dictam l. bene à Zenone.

Limita igitur vigesimo secundò, non procedere ratione connexitatis, vt voluit glo. in dicto c. penult. per textum. 81. distin. c. tantis Daniel. & 3. quæst. 6. c. hec quippe. & de accus. c. ad petitionem. & ibi etiam glo. in verbo, per consequentiam. & de purgat. canon. c. pen. quibus adde & textum in c. dilectus. 2. extrà, de simoniacis. vbi & hoc gl. notab. in verbo, dantes. ex qua tamen discere poteris, quomodo & qualiter hoc procedat, de quo etiam per Innoc. Host. & latè Panorm. col. 11. versic. septimus. in dicto c. penul. Innocen. & Anton. in c. dudum. 2. de elect. & Alex. in l. vlt. col. 11. versic. etiam iuxta hoc. & iterum colum. 14. versic. item fallit. regula. ff. de re iud.

Limita vigesimo tertio, ut non procedat in re indiuidua in qua sententia contra vnum lata alijs etiam non uocatis præiudicat, ut voluit, de seruitute loquens quæ indiuidua est l. 2. ff. de verbor. obliga. §. 1. cum similib. gloss. in l. qui aliena. §. vlt. in verbo, prædico. ff. de negot. gest. & in l. loci. §. si fundus. in verbo, proderit. & ibi Angel. ff. si seruit. vend. & in l. si de communi. in princ. & ibi Bart. ff. eodem. & Angel. in dicta leg. 2. §. si tamen hominem. & ibi Imol. & Rom. in versic. ex his. ff. de uerborum oblig. Anton. in ca. causam, 2. extrà, qui filij sint legitimi. Imol. in dicta l. ultima. & ibi Alex. colum. 13. versic. aduertendum est in hoc. ff. de re iudic. & Panor. in dicto c. penul. colum. 3. de re iudic. Quamquam contrarium tenet Innoc. in dicto ca. causam. ubi tamen videtur sibi contrarius in gl. magna, in duobus locis. & Jac. Butr. in dicta l. si de communi. & Bart. sibi contrarius in leg. ex duobus reis stipulandi. in 4. q. ff. de duob. reis. Sed tenendo primam eam limitabis procedere in seruitute iam constituta, prout loquitur d. §. si fundus. et d. l. si de communi. secus in constituenda. quia lata super ea sententia alijs nec prodest, nec nocet, cum in ea non reperitur terminata regula nostra, et facilius retineatur ius iam constitutum, quàm de nouo inducatur, l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ita voluit Bart. quem sequuntur recentiores, in d. l. 2. versic. ex his, de verb. oblig. et Alexand. qui hoc multum commendat in d. l. vlt.

Limita vigesimo quartò, ut non procedat, quando iudex super eo pronunciat, quod lex ipsa iam pronunciat, videlicet si excommunicat aliquem, qui erat à iure excommunicatus, non requiritur citatio siue monitio, per textum in c. reprehensibilis. extrà, de appel. licet aliàs requiratur in sententia lata ab homine, ut vult textus in c. sacro. extrà, de sentent. excommunic. et ita expressè tenuit Rom. in l. is cui bonis. ff. de verborum oblig. faciens ad hoc singul. text. in dicto c. reprehensibilis, et dicit hoc perpetuo memoria tenendum, quia singularis est limitatio ad dictam l. de vnoquoque.

Fiscus uolens vendere potest rem quam habet communem cum alio, illi non uocato.

Connexitas quid operetur.

Sententia lata in re indiuidua, etiam non uocatis præiudicat.

Qui tenent contra rimum.

An iudex possit pronunciare super eo, quod lex pronunciat ueris sine citatione.

quoque. ff. de re iudic. & sequitur Barb. in d. l. is cui bonis. col. 17. versu. & circa prædicta. Verum Franc. Aret. ibi, colum. 3. versu. item adde dictis, hoc reprobatur: quia quando iudex idem pronunciat, quod lex ipsa pronunciauerat, huiusmodi sententia ita debet interpretari, ut id quod ipse iudex pronunciauit pro declaratione rei iam à iure pronunciatæ habeatur, videlicet excommunicatio te pro tali re: id est, declaro te à iure excommunicatum, vt not. per Bar. in l. 1. C. de negot. gest. ubi etiam Bald. & Alexan. & latè Innoc. cõsi. 99. in quæstione quæ vertitur. colum. 1. cum concord. quas alibi citabo. Verum in sententia declaratoria iuris requiritur eius citatio, de cuius præiudicio agitur, secundum glo. in Clem. præsentis, in verbo, constitutat. de censibus. & iterum in Clem. 1. §. vltim. in verbo, quintò concede. rursusq; in Clem. 2. in verbo, cõstitit. de pœnis, quas sequitur & ipse Rom. in dicta l. is cui bonis. & not. per Panorm. & alios in ca. peruenit. 1. de appell. & Bar. in l. ab executore. in princip. ff. de appellat. & Bald. in leg. ea quæ. C. commu. vtriusque iud. & idem Are. dum illas glo. allegat in c. 1. col. 8. versu. vtrum autem quando pœna. de iudic. & cõsi. 165. ff. ut Iuan. dixit. col. 9. & Alex. addit Bar. in l. Imperator. ff. de iure si sci. Felin. in c. Rodolphus. colum. antepe. versu. sed iustior est cum citatur pars. extrà, de rescrip. Socin. quoque inter consi. Franc. Curt. Senioris, consi. 20. domine labia. in 4. dubio. col. 1. eiusdem. vbi dicit, de hoc esse bonum. tex. in cap. parochianus. ubi & hoc Panorm. declarat, extrà de sentent. excom. & bene facit text. in dicta Clem. cum dicitur, si constitit, quia constare non potest, nisi parte uocata, per l. vlti. si per vim, uel alio modo. cum simil. Nec obstat, inquit Are. d. c. reprehensibilis. quia verè satis rationabile est, quod quando homo nihil inducit vltra legem, non debeat seruari solennitas expressè requisita in excommunicatione lata ab homine, vt tibi dicitur: sicuti etiam dicimus; in simili de statuto idem disponente, quod ius commune, de quo in l. 1. in princ. ff. ad legem Falcid. & in c. 1. de constit. lib. 6. Sed quòd declaratio eius quod à iure factum est, uel inductum, non requirat citationem, cum potest alteri præiudicare, non est verum, sed est contra regulam dictæ l. de unoquoque. & illas glo. approbatas. Cui adde quod tex. in d. cap. reprehensibilis. non loquitur de citatione, sed de monitione, quæ fit, ut quis satisfaciatur, quæ multum differt à citatione, per quam quis citatur, ut ad causam ueniat, vt de se patet, & not. recentiores in dicto capitulo sacro. de sent. excommu. & in cap. cum sit Romana. de appell. & Fran. Aret. hoc expressè not. in casu dicti c. reprehensibilis. dicto consi. 165. col. 8. versu. & tamen his non obstantibus.

Declaratio eius quod à iure factum est, cum aliter præiudicat, citacionem requirit.

Abolutio lata super crimine publico, nocet alijs etiam non uocatis, uolentibus accusare de eodem.

Limita uigesimoquintò, in sententia absolutoria semel lata super crimine publico, quæ nocet alijs etiam nõ uocatis, uolentibus accusare de eodem crimine. ff. de accusat. l. si cui. §. ijsdem. & extrà eod. c. de his. & ita etiã hunc casum excipit gl. in d. l. 2. C. quibus res iudic. non noc. quæ limitat, nisi collusio detegatur per iura quæ al legat. Sed & tu limita alio modo secundum tex. in d. §. ijsdem. huius autem fallentia rationem reddit Alexan. in repet. d. l. ultim. colum. 10. uersu. aliam fallent. posuit. ff. de re iudicata. quia in hoc casu fiscus & respublica in causa est, ut quilibet admittatur ad accusandum, & ideo propriè non præiudicatur per sententiam absolutoriam alteri, sed ipsi fisco aut reipubl.

Limita uigesimo sextò, ampliando præcedentem limitationem in omnibus popularibus actionibus, in quibus agitur de iure publico, ut uoluit gl. in d. leg. 2. C. quibus res iudic. non noc. per tex. in leg. eum qui. §. in popularib. ff. de iureiur. Cui adde tex. in leg. 3. ff. de populari. actio. Cuius etiam rei rationem reddit Alexand. in d. leg. ultim. colum. 10. uersu. aliam fallentiam dicit. ff.

de re iudicata. quia popularis actio competit pro iustitia facta toti populo, ut si quis sepulchrum uiolat, uel ecclesiam, aut uiam publicam seu album prætoris corrumpat. l. 3. in princ. de sepult. uol. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. unde quilibet de populo censetur procurator. Ideò sicut cum unus habet plures procuratores cum mandato, lata contra unum ex procuratoribus sententia, non potest alius agere. l. pluribus. ff. de procuratoribus. & cap. si duo. eod. tit. l. 6. ita & in hoc casu, subditque idem dicendum in iure quasi publico, siue quasi populari, ut quando opponitur contra electum ad dignitatem aliquis defectus ad infringendam electionem. Nam si semellata fuit sententia contra opponentem, non poterit amplius alius eundem defectum opponere, ut est glo. notab. in cap. cum dilecti. in uerbo, iudicatum. de electio. & in c. cupientes. §. caterum. in uerbo, nullum præiudicium. eod. tit. libro 6. & not. Innoc. in cap. super his. in glo. 1. & iterum in uerbo, à promotore. de accusat. & in c. causam. 2. in fin. magnæ glo. extrà, qui filij sunt legitimi. & Archid. in cap. illud. 23. distinet. Talis enim causa uidetur respicere publicum interesse, ut est textus in Clem. constitutionem. ibi, interesse, commune. & ibi gloss. in uerbo, propriè, ubi Doctor. de electione. & not. gl. in c. ut circa. in uerbo, aliqui. & ibi Doct. de electione. libro 6. & Innocentius in c. dudum ecclesie. in princ. de electione. vbi etiam ponit, quare dicatur ista causa quasi popularis & non popularis, de quo etiam per Ang. in rubr. ff. de populari actione.

Quilibet de populo censetur procurator reipubl.

Publicum interesse.

Filiationis causa.

Qua præiudicium, fiat seruis cũ possessio trãferatur in alia

Principis sententia facit ius in ter omnes.

Vtrum dispõsio iuramenti in contractu appositæ, ut possit pertere rescissio cõtra actus, citacio partis requiratur

Limita uigesimo septimò, in causa filiationis, in qua sententia cum patre lata omnibus nocet, per tex. in leg. in fin. cum duabus legibus sequent. ff. de liber agnosco. & not. gl. in dicto ca. penult. super quo, & similiter super sententia lata super qualitate legitimacionis, qua uidelicet quis est pronunciatu legitimus, an faciat fidem quoad omnes etiam non uocatos, ne hic diutius immorer, uide Panorm. in dicto c. penult. col. penult. versu. quintus casus. & omnino Alexan. in dicta l. vlt. col. 17. uersu. aliam fallentiam assignauit gl. vbi & in hac re sententias antiquorum Scriptorum abundè recitatas atque examinatas reperies.

Limita uigesimo octauò, ut non procedat, quoad huiusmodi præiudicium, uidelicet quod transferetur possessio in alium qui obtinuit, qui fortè erit durior aduersarius, quàm primus possessor qui victus est. Nam quòd ad hoc præiudicat talis alteri qui uolet de integro experiri, ut est tex. in cap. cū super. extrà, de re iudicata. vbi hoc not. Innoc. atque etiam in dicto cap. penult. in princ. eod. titu. quod intellige, quando ipse victus erat possessor, quòd si erat apud alterum, certe sententia cõtra illum lata in fauorem victoris, qui inductus est in possessionem non præiudicat, si ignorauerit litem. Sed quid si sciuerit. uide omnino Alex. in d. l. vlt. colum. 40. versu. in gl. in uerbo, interueniente. cum multis col. seq. & iterum colum. 47. uersu. quæro an sententia lata contra colonum.

Limita uigesimo nonò, ut non procedat in sententia principis, quæ facit ius inter omnes, cum habeat vim legis. C. de legib. l. vlt. & extrà, de re iud. cap. in causis. & hanc limitationem ponit Alex. in d. l. vlti. col. 22. uersu. item fallit in sententia. ff. de re iudic. sed uide quæ dicã supra in 7. limit.

Limita trigestimò, in absolutione siue dispensatione, aut relaxatione iuramenti in contractu appositæ, quæ potest fieri parte non citata, ut uoluit Lapus alleg. 10. disput. hic, quem sequitur Rom. singul. 472. Florentinus contrahet. Contrarium tamen tenent plerique omnes, uidelicet Ioan. Andr. post antiquiores, in addi. Spec. in rubr. de iureiur. in uerbo, q. Anton. Card. qui dicit se ita sepius cõsuluiffe. Imo. in c. debitores. extrà, de iureiur.

iureiur. Lau. Rodolphus in repet. c. consuluiff. q. 125. de vsur. Pan. latè & recentiores in c. 1. de iureiur. Alex. consi. 222. uisa facti narratione, col. 4. Soci. consi. 59. col. 4. uersu. præterea talis relaxatio. lib. 3.

De eadem re. Iuramentum iuris naturalis & diuini.

Et hoc multis comprobatur: nam huiusmodi absolutio requirit causæ cognitionem, ut dicit Inno. in cap. ad aures, extrà, quod met. caus. & Spec. titu. de iud. dele. §. nunc ostendendum. uersu. 24. cum duobus seq. Non enim fit absolutio, nisi causa subsistente, ut not. in cap. quanto, extrà, de iureiur. vbi gl. dicit, id ne Papam quidem posse facere, cum iuramentum sit iuris naturalis & diuini. Scriper est enim Matth. 5. Red de domino iuramenta tua. quod repetitur in c. & si Christus, eod. titu. in qua etiam sententia fuit Innoc. in cap. cum inter, in fin. extrà, de renunc. Nec debet concedi, nisi appareat de magna læsione, ut per Doct. in c. cum contingat, de iureiur. & latè per Ias. in auth. sacramenta puerum. C. si aduers. uendi. si ergo causæ cognitio requiritur, & citatio quoq; in causæ. §. causa cognita. ff. de minor. Nam causarum merita partium assertionem panduntur. C. si per vim uel alio modo. l. vi. Præterea uidetur semper interesse partis, quæ iuramentum recepit, ne fiat talis absolutio: nam uile est habere partem huiusmodi iuramenti uinculo alligatam. multum enim operatur iuramentu, & id saltem, si nihil aliud, ut addatur forum fore. cap. vi. de foro compe. lib. 6. & faciunt no. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 1. igitur nihil debet decerni in præiudicium illius absentis. c. 1. extrà, de causa possess. & proprietaria. cum similit.

Cuius non dicit absolutio concedi nisi appareat de magna læsione.

Vtrum absolutio si facta fuerit, parte non citata, tenet.

At hoc primum ita declarandum, quòd licet non debeat fieri hæc absolutio parte non citata, si tamen facta fuerit, tenet, ut uoluit Anto. in d. ca. debitores, exemplo eius quod dicitur in absolutione ab excommunicatione, ut no. per Io. And. & alios in c. qua fronte, extrà, de appell. & hoc Ant. dictum sequitur Ias. in l. patre furioso, col. antepe. uersu. 14. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. Pan. autem in d. ca. 1. de iureiur. posteaquam in colum. 7. hoc dictum pro notabili commendauit, certè in col. seq. in uersu. id ipsum reprobatur ea ratione, quia (ut dictum est) non potest episcopus, nec etiam Papa absolvere siue dispensare à iuramento sine causa. Igitur ante quàm appareat causam subesse, non habet potestatem absolvere, etiam si uerè causa subesset, quia ignorat, id quod est fundamentum suæ potestatis, ut not. Bart. in l. 2. ff. de iudic. & in l. multum. ff. de cond. & demonstrat. & facit quod no. in c. ex parte Astensis. de concess. praben. extrà. Nec potest illi apparere de causa, nisi uocata ipsa parte, ut diximus. Nec obstat quod de absolutione ab excommunicatione, not. in d. cap. qua fronte, quia illa semper dependat à uoluntate eorum qui excommunicant: uel etiam semper, iusta, siue iniusta sit excommunicatio. ut legitur in ca. venerabilibus. §. vbi autem, de sent. excom. lib. 6. quod dicit not. Pan. quia sæpè accedit.

An cū per sona per ab solutionem habitatur tantu, ut possit pertere rescissio cõtra actus, citacio partis requiratur

Declaro secundò, ut procedat, quando per absolutionem euellitur radicitus obligatio, secus si persona solùm (ut ita loquar) habitatur, ut possit sine metu perituri petere rescissionem contractus ex capite enormis læsionis, aut alio, quo casu noui requiritur partem uocari, cum hæc absolutio sit potius pœnitentialis, quàm iudicialis: nec agitur de magno præiudicio creditoris, cui omnino ius integrum & saluam remanet ad defendendum principale obligationem iuratum, ut consuluiff. Old. consi. 120. ad duplicem finem. qui & ad hoc alia multa allegat, & hoc idem uoluit Io. Andr. eius discipulus, nulla tamen præceptoris (ut alijs plerumque facta mentione, in additione Specul. in rub. de iureiur. in fi. Pau. & Cal. in d. c. debitores, & Pe. Anc. qui hoc multum cõmendat consi. 18. in quæst. quæ uertitur, col. pe. uersu. quæro præsupposito. & Laur. Rodul.

in d. d. cõsuluiff. q. 126. in fi. Imo. in c. 1. de iureiur. & Pau. Cast. consi. 217. circa primum quæsitum, col. 4.

Contrarium tamen alibi consuluiff. Pet. Anchar. sibi contrarius consi. 98. prædictis subtiliter, & ad plenum deductis. hac ratione motus, quia licet non pereat ius creditoris in causa principali, ipse tamen multiplex damnum incurrit, tum propter sumptus & vexationem dicij, & minoribus. ff. de minor. tum propter moras iudicium. l. de latam solutionem, quæ propter uinculum iuramenti debuiff. die præfinito fieri, ideo tardius recipiendi omnia recipere uidentur, ca. 1. de plus petit. tū propter dubium litis euentum. l. quod debetur. ff. de pecu. tum quoque quia nec in modico permiffum est iudici offendere partem, cum & propter læsionem modicam illius sententia retractetur. C. de appel. & l. & in maioribus, & extra ro. de appel. & idem Pet. Anc. easdem fermè rationes adferens, consi. 362. retento ordine dubiorum, col. 1. uersu. præsupposito. idem Imo. in d. c. debitores, col. 9. hac ratione motus, quia si pars citetur, poterit esse quod ostendet per calumniam exactum esse eiusmodi iuramentum. l. 2. C. de fals. dicit tamen priorem opinionem cõmuni usu obseruari in Curia episcopali Bononiæ, & Pan. consi. 12. & si copiosior, col. vlti. li. 2. & Fel. dicens hæc partem esse tutiorem in d. c. 1. col. 8. uersu. extrà, de iureiur. Ias. qui hoc cõmendat in l. nec quicquam. §. vbi decretum, col. 9. uersu. vltra prædicta. ff. de offic. procons. & ante omnes hoc quoq; sentit nõ obfcure Feder. Senens. consi. 300. factum tale est. Nec huic postremæ sententiæ obstat, quòd si ex mora aut sumptibus creditor est damnum passus, non ei defunt remedia ut damna & sumptus recuperet. l. vltim. C. in quib. causis in integr. restit.

Qui tenet ius contra rium.

Propter modicam læsionem partis, sententia iudicis retractatur.

Prior opinio tutior.

Abolutio an ualeat nulla citato, ubi nemini copetis actio uel ius ex iuramento.

Auhtoris de hac re opinio.

An absolutio possit parte nõ uocata qui non potest eam ius uocare quia incõdat in perituriu.

Iuramentu tenent. riu nõ obligat.

Declaro tertio, ut non procedat, quando constaret nemini competere actionem, uel ius ex iuramento, ut consuluiff. Cardi consi. 38. quidam habens, in 2. charta, ubi dicit, quòd si defectus esset, cui iuramentum esse præstitum, qui erat persona priuata, nec receperat profè & hæredibus, ualeat absolutio nullo citato, quia ad ipsos hæredes non exienditur, ut probare conatur ex c. imperialem, tit. de prohib. feud. alien. & no. in c. ueritatis, extrà, de iureiur. adducitque rationem, quia ad hoc solùm fit citatio, ut euitetur alterius præiudicium. Igitur cum de nullius præiudicio agitur, non est necesse quemquam citari, & hæc quidem per omnia sequitur Fely. in d. c. 1. col. 10. uersu. tertio limita. At ego licuti in eo consentio, quod dictum est neminè citandū esse, cui non potest fieri præiudicium: sic ego dissentio in exemplo de iuramento alicui præstito non etiam hæredibus. Nam quamuis iuramentum ex parte iurantis sit merè personale, tamen ex parte illius, cui iuratur, est reale, & transit ad hæredes, ut not. in d. c. ueritatis. & latè supra diximus.

Declaro quartò, ut sequar ordinem Fely. ut non procedat quando quis ita iurasset, ut non possit uocare partem, quin incideret in perituriu. exempli causa, quia iurauit se partem non uocaturum in iudicium, uel denunciaturum illi quicquam, tunc is poteris absolui parte non uocata, cum iuri partis quicquam non detra hatur, sicut cum libertus petit ueniam, ut possit dominu uocare in ius. l. 4. ff. de in ius uoc. ita uoluit Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de iureiur. in fi. quem plenè refert Imo. in Clem. dispensatiofam, super gl. in uerbo, tangentibus, de iudic. & in d. c. 1. de iureiur. sed hoc reprobatur, Pan. in d. c. 1. col. 7. uersu. quid dicendum, & ibi quoque Fely. col. 10. uersu. 4. ubi tamen dicit, posse saluari hoc dictum, intelligendo, de eo, qui uult absolutionem ad hoc solùm, ut habilitetur ad agendum, de quo uide quæ supra diximus in 2. declarat.

Declaro quinto, ut non procedat quando iuramentu est temerarium, & non obligatorium ex parte iurantis,

tis, quia cum hoc casu potius requiritur quædam declaratio sine denunciatio, quod non est ligatus, quam absolutio siue relaxatio, per c. de cõstitutis. r. de testib. Ideo non requiritur partis citatio, vt voluit Ioan. And. in dicta rub. de iureiur. in vlt. q. & Anton. in dicto capitulo de iureiur. eod. tit. & Pan. in d. c. r. vers. nunc extra glo. eo. tit. vbi tamen hoc intelligit, videlicet quando manifestè constat iuramentum non ligare: nam in notorijs non est opus venire ad iudicium cap. quoniam, de filijs presbyt. Si autem posset dubitari, putat aduersarium, cui facit iuramentum vocandum esse, cum sua intersit ne relaxetur, ad cuius confirmationem, vide quæ dicam infra proximè.

Virum iura mentu obliget, quando ex parte re cipientis versatur turpitudine.

Declaratio sextò, ut etiam non procedat, quando etiã recipientis tanta versatur turpitudine, vt nulla obligatio ex iuramento quæri possit, nec eo confirmari, cum etiã hoc casu nullum interesse possit prætere, solique Deo obligatio quæritur, idòque non sit necesse aduersarium vocare, sed sit satis absolutionem fieri per illum qui tenet locum Dei: ita voluit Anton. in d. cap. de iureiur. ponens exemplum in iuramento de soluendis vsuris vel non repetendis, nullum enim (vt ille dicit) nascitur ius agendi, verùm Pan. in d. c. r. colum. 8. vers. licet tertio non placet, primùm reprobatur id quod dicit Anton. nullam in illo exemplo oriri obligationem parti etiam secundariam: tum quia sit contra tex. in d. cap. r. tum quia iuramentum vt extortum obligat, c. si uerò, extra eo. & c. abbas, & cap. ad audientiam, de eo quod meus causa. Ergo fortius in hoc casu, ubi iuramentum fuit sponte præstitum: Deus enim tenet istud vinculum propter obligationem quæsitam parti: idòque satis ex eo patet, quod parte remittente, remittit & Deus sine alia absolutione, ut in d. c. deinde verò, vers. his autem sic discussis. Limitans illud dictum Ant. tum demum non requiri in huiusmodi absolutione iuramenti citationem partis, quando clarissimè constat iuramentum ipsum continere turpitudinem ex parte suscipientis, ita quod certum est illi nullam defensionem competere. Nam si hoc casu etiam super principali, ubi agitur de multò maiori præiudicio ualeret sententia parte non uocata per ea quæ allegat, & latè diximus supra in secunda limitatione, in fin. multò magis huiusmodi absolutio, quæ non adeo magnum præiudicium adfert. Et hoc idem uoluit antè Panorm. Calder. consilio 7. an episcopus possit procedere, titu. de iureiur. super hoc tamen uide Felyn. in d. cap. r. colum. 9. vers. licet sed contra istam limitationem.

Iuramentum sponte præstitum.

Sententia in causa non uocata non citata.

Limita trigefimo primò, ut non procedat in declaratione, siue ad iudicationem pænæ contumaciæ præcedentis, per id quod not. uoluit Bald. in c. r. colum. pen. vers. quæro utrùm in deferendo, tit. si de inuestit. inter domi. & vasa. lis oria. vbi dicit, quod ad delationem iuramenti, de quo tex. loquitur, non est necessaria citatio partis quia hoc est pænæ præcedentis contumaciæ, quod dictu pro valde not. sequitur Iaf. in repet. l. admonendi, col. 1. vlt. ff. de iureiur.

Declaratio siue ad iudicatio pænæ, contumacia præcedentis parte non uocata fieri potest.

Limita trigefimo secundò, ut non procedat in infinnuatione donationis, quæ fieri potest, nemine citato, vt uoluit Cyn. in l. vlti. C. de bonorum possessio. & Bartol. in l. in hac, per illum tex. C. de donat. & in leg. Modestinus. ff. eod. Bald. in l. illud, colum. 4. C. de sacrosanct. eccles. & in l. r. in prin. C. de litis contest. & in auth. eò decursum. C. de donat. ante nupt. & in l. vltim. C. qui ad mitti. & in l. vlt. §. illud. C. de tempor. appellat. & in l. si tibi pecuniam. ff. si certum pet. & Paul. Castr. in l. testamenta. C. de testam.

Infinnuatio donationis fieri potest nemine citato.

Limita trigefimo tertio, ut non procedat quando assignatur siue statuitur terminus ad aliquid faciendum, tunc enim est satisfactum huiusmodi ordinationi siue statuto, si id fiat intra terminum absque citatione

Statuto termino ad aliquid faciendum, intra ter-

aduersarij, ita uoluit Bal. in l. r. in fin. & ibi quoque Iaf. C. quando libel. prin. dat. & c. & idem Bal. in l. si quando. r. q. C. de testib. & in l. si ea, in fin. C. qui accusare non possunt. vbi declarat, quomodo intelligitur, & in l. r. in fin. ff. de ferijs. & Angel. in l. omnium. C. de testamentis.

minum fieri potest absque citatione.

Limita trigefimo quarto, ut non procedat in remissione debiti, quam facit maior pars creditorum, iuxta l. rescriptum. ff. de pactis, quæ quidem præiudicat cæteris creditoribus non citatis & absentibus, vt ibi uoluerunt Angel. Raph. Fulgo. Paul. Castren. & Iaf. tum per text. ibi, in verbo, absentis. ex quo datur intelligi citationem non exigi, aliàs enim non reputarentur absentes: tum alijs rationibus ibi per eos allegatis. Licet contrarium tamen uoluerint Iacob. Areti. Bartol. Alberic. Bald. Salyc. & Alexan. in d. l. rescriptum. & Bar. in l. heredes mei. §. peto. ff. ad Senatufcõs. Trebellia. & in l. si vni. ff. de re iudic. & Salyc. in l. & suum. §. vlt. per illum tex. in verbo, si conuenit in vnum. ff. de pact. vide recentiores in d. l. rescriptum.

An remissio debiti quæ facit maior pars creditorum, præiudicet cæteris non citatis.

Limita trigefimo quinto, ut non procedat quando iudex procedit ad informationem, vt bonus vir, tunc enim non requiritur citatio, vt per plura uoluit Anto. in repet. cap. vltra, colum. 38. extrà de cohab. cler. & mulier. quem sequitur Iaf. in l. vlti. col. antep. vers. adde etiam regulam. C. vnde legit.

Iudex procedens ad informationem, ut bonus vir.

Limita trigefimo sexto, quando fit legitimatio filiorum à patre, vt uult Bar. & alij in leg. Callus. §. & quid si tantum, de liber. & posth. & Bald. in leg. nam ita diuus. ff. de adopt. & confi. l. r.

Legitimatō à patre facta sine citatione.

Limita trigefimo septimo, ut non procedat in interpretatione ueniar, vt quis possit vocare in ius parètes, patronos, & alios huiusmodi, in qua obtinenda non est necesse illos vocare, ut palàm sentit Io. Andr. quem citauimus supra in proxima limitatione, per l. quiq. ff. de in ius voc. quem sequitur, vt diximus, Imol. in d. Clem. dispendiosam, de iudic. & in l. quamuis, col. 2. ff. de in ius voc. Bal. in l. ea quæ, col. 2. vers. vltimò nota. C. quo modo & quando iud.

Ad probandū clericatum, non est uocandus aduersarius.

Limita trigefimo octauo, ut non procedat, quando clericus captus pro crimine à iudice laico allegat se clericum, & ad hoc probandum producit literas clericatus, quia ad hoc non est uocandus aduersarius, vt expressè uoluit Bal. in l. si qua per calumniam, col. 2. vers. sed pone quod iste ostendit motus, quia hoc non propriè fit in modum probationis, sed instructionis vera enim probatio clericatus non potest coram alio fieri, quàm coram episcopo, per c. si iudex laicus, de senten. excom. lib. 6. & dicit facere ad prædicta l. si quis inficiatus. ff. de depo. Bal. in l. 3. in fi. C. de re iudi.

Ordinata à iudice parte non citata, retractari parte absente, potest.

Limita trigefimo nono, ut non procedat in his, quæ fuerunt à iudice ordinata parte non citata, quæ etiã possunt alia parte absente, cuius causa facta sunt, retractari, ut quæ de facto solum confecta sunt, de facto reuocentur, iuxta tex. in l. r. §. & hoc edictum. ff. si mulier vent. no. & gl. in l. minor, in prin. ff. de euct. cum multis concord. quas videre poteris supra.

An in arbitrato- ris sententia requiratur partis citatio.

Limita quadragesimo, ut non procedat in sententia arbitratoris, in qua non requiritur partis citatio, ut uoluit Cy. in l. vlt. in quadam addit. C. de contrah. empt. Guil. Cune. in l. episcopale. C. de episc. audien. Bald. in l. si quis ex consensu, eod. tit. & in l. 2. col. 1. C. de ædil. actio. Fran. Alber. Aret. in repet. l. si quis arbitrati. ff. de uerb. oblig. Ant. Imo. Pan. in c. Quintauallis. ubi & hoc sentit Hof. extrà de iureiur. Card. in c. expolita, de arbit. Sed quia sunt multi qui tenent contrarium: multi qui distinguunt, alij qui limitant, uide omnino per Bart. Imo. Cuma. Paul. Castr. & latè Alex. in d. l. si quis arbitrati. & Canonist. in d. cap. Quintauallis. in quibus locis hanc rem abundè tractatam comperies. Et illud inter

Qui consuetudini in præcedenti limitatione.

inter cætera, quòd si quis est assumptus arbitrator inter plures super commodò vni ex illis acquirendo, ita quòd quicquid fuerit arbitrator: nemo illorum damnum sentiret, nec etiam commodum: vt si legetur vni quem Titius arbitratus fuerit, poterit ipse Titius & inter viuos, & in vltima voluntate, & sic absentibus partibus & non vocatis arbitrari seu eligere per tex. in l. vnum ex familia, in prin. & cum duobus §. seq. ff. de lega. 2. & ita uoluit Bar. in l. r. in fi. ff. eo. & Bal. in addi. Ang. Imo. Alex. & alij recentiores in d. l. si quis arbitrati. & Bal. in l. nulli, vers. sed nunquid. C. de episc. & cler. & in l. captatorias, in vltima q. C. de test. mil. & in l. vlt. in princ. col. 2. vers. sed nunquid. C. commu. de lega. id quod tamè itel ligit Bar. in d. l. r. de leg. 2. & in l. alio, col. pe. ff. de alim. & cib. lega. procedere quando arbitrator esset assumptus seu electus super declaratione personarum, vt in exemplo supra posito, secus si super declaratione reru, quia tunc videtur necessaria partis citatio, per l. creditor. C. distrac. pig. quod simpliciter refert, ac si sequi velit Alex. in d. l. si quis arbitrati. ff. de verb. oblig.

Veru cum interdictio- rum administratio prodigo, re quatur illius citatio.

Limita quadragesimo primò, quando interdicatur, ad ministratio prodigo, quia non requiritur illius citatio, ut expressè uoluit Iaf. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, col. 9. vers. duodecimò fallit. ff. de offi. procons. allegans tex. in l. r. in princ. ff. de cura. furio. vbi huiusmodi interdictionem facit iudex, dicitq; hoc uoluisse Bal. Ang. & recentiores in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. sed longè fallit Iaf. Nam Bal. ibi in addi. Ang. Pet. Anc. Ro. Paul. Cast. Alex. Fran. Aret. & Barb. & quotquot illic scripserunt contrarium tenuerunt per tex. in d. l. de vnoquoq; supra sæpius alleg. Bal. tamen & Pet. Anch. ibi hoc limitant, nisi esset notorium aliquem esse prodigum, per no. in l. r. C. qui & aduers. & in c. tua nos, de cohabit. cleric. & mulier. Alex. tamen in d. l. is cui bonis, in fi. & in additio. ad Bar. in l. qui habet. §. quolibet. ff. de tutel. hoc etiã reprehendit, quia in notorijs requiritur citatio, per glo. in c. ad nostram. 3. de iureiur. cum simi. quod tamen intellige secundum ea quæ diximus supra in 2. limita. in fi. Nec obstat d. l. r. de cura. furio. vt videlicet id fiat auctoritate ipsius legis, quia quod ibi dicitur, administratione interdictam prodigo l. r. 2. tabul. ita intelligitur, ut glo. ibi dicit. l. si furioso. §. r. & l. vlt. & no. omnes in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. quanquam dubiu est, an noto-

Prodigo notorie, pro iure interdicta administratio.

riè prodigno ipso iure interdicatur administratio, de quo latè ibi per eos, potissimum per recentiores, quibus suffragatur communis opinio, vt in casu notorietatis ipso iure fit interdicta administratio, quæ opinio, etli frequens sit, non tamen propterea præmittenda est citatio, vt plenè patet ex his quæ dixi in 24. limit.

Furioso cum datur curator, aut interdictio administratio citatio minima necessaria.

Limita quadragesimo secundò, quado furioso interdicatur administratio, & ei curator datur. Nam illius non requiritur citatio, cum illi ipso iure administratio interdicitur. vt no. glo. in l. r. ff. de cura. furio. & ita in specie uoluit Angel. Paul. Cast. & Rom. in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. vbi ipse Ro. allegat tex. vt ipse dicit in c. re prehensibilis, extrà de appel. vbi probatur, quòd quado iudex excommunicat eum qui inciderat in excommunicationem ipso iure, non requiritur monitio, quæ aliàs requireretur in sententia hominis, per tex. in c. sacro, de sent. excom. & idem quoq; Alex. in l. de vnoquoq; col. ult. vers. item fallit quando interdicitur. ff. de re iudic. & confi. 86. uis. dubitationibus, col. 2. vers. quod autem non fuerit, lib. 2. Verùm Franc. Aret. in d. l. is cui bonis, col. 3. vers. item adde dictis, hoc reprobatur, tum per ea quæ diximus supra in d. limitatione, tum per tex. in l. obferuare. ff. de cura. fur. ubi in huiusmodi interdictione bonorum filij, requiritur causæ cognitio: ergo etiam citatio l. in causæ, la r. §. causa enim cognita. ff. de minor.

Qui contrarius tenent.

Limita quadragesimo tertio, ut non procedat in datione tutoris uel curatoris, quam facit iudex, in qua non reperitur citandum esse quempiam, nisi tutor esset datus per inquisitionem, secundum Bar. in l. qui habet. §. quo libet. ff. de tutel. & in l. legitimos, in prin. uers. an quando istud decretum. ff. de legit. tut. vbi tamen distinguit, & Bald. in auth. matri. & auia. C. quando mulier. offic. tut. fun. Alex. d. confi. 86. uis. dubitationibus, col. 1. li. 2. & Iaf. in d. §. ubi decretum, in r. fallen.

Datio tutoris aut curatoris per iudicem, nullo citato fieri potest. Nisi de iur inquisi- tionem.

Possent & huc adducere casus, in quibus testes recipi & iurari possunt, parte non citata, de quibus per Canonistas in cap. in nomine, extrà, de testib. & per Ro. singu. 366. fuit unus. & alia multa ad hunc locum pertinentia, quæ uel iustum uolumen conficere possent. Sed cū pleraq; sint iam in unum ueluti corpus congesta ab Alex. in l. ult. ff. de re iud. vt interea taceam Pan. qui etli non adeò copiosè, multa tamen etiamnum descripsit in c. penul. extrà, eo. tit. opportunum uideo, ut receptui canam.

Testes quanto recipi et iurari possunt parte non citata, apud quos requirendum.

FINIS.

